Prouenit in pascuis et locis montosis. Radix tenuis fibrosa; Folia oblonga petiolata; corolla monopetala irregularis; flores spicatim dispositi; calix quinquifidus persistens, quatuor semina subrotunda, continens. Herba refrigerans atque leniter adstringens est. In vulneribus, in angina et contra gingiuarum scorbutum in auxilium ducitur. In pharmacopoeis reperitur aqua destillata simplex.

## XX.

# RVTA HORTENSIS.

Ruta Ludw. D. G. Edit. III. n. 564. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 469.
Ruta hortenſis latifolia. C. B. Pin. 336.
Ruta Matth. 540.
Ruta foliis decompoſitis Linn. Sp. Pl. p. 383. n. 1.

Gartenraute Franz. Rue des Jardins. Engl. Garden-Rue. Niederl. Ruyte. Ital. Ruta.

Wird in Gärten gehalten, blüht im Junio und iſt in dieſem Monathe am beſten zu ſammlen. Sie hat eine zaſerige Wurzel, zerſchnittene und längliche Blätter; der Kelch iſt klein und vierſpaltig; die Blüthe vierblätterig ähnlich; die Frucht wird eine vierzellige Capſel mit nierenförmigen Saamen. Die Kräfte dieſer Pflanze ſind ſchweißtreibend und widerſtehen dem Gifte, ſtärken durch ihre Bitterkeit den Magen und treiben die Würmer. Es iſt dieſe Pflanze der gemeine Theriak der Landleute, welche dieſelbe nüchtern genießen. In den Apotheken werden folgende Arzneyen daraus bereitet: Rauteneſſig, welcher ſowohl innerlich eingenommen, als äußerlich zum Riechen gebraucht wird. Rautenwaſſer, welches durch die Deſtillation gemacht und vornehmlich wider die weggebliebene Monathzeit gerühmt wird. Ein deſtillirtes und ein durchs Kochen bereitetes Oel und endlich ein Balſam.

In hortis colitur, floret Iunio et hoc menſe optime colligitur. Radicem habet fibroſam, folia diſſecta et oblonga; calix breuis quadrifidus; corolla tetrapetala regularis; fructus fit capſula quadrilocularis, ſeminibus reniformibus foeta. Vires huius plantae ſunt ſudoriferae et veneno reſiſtunt, amaritie ſua ventriculum roborant et vermes pellunt. Haec planta communis eſt ruſticorum Theriaca, qui eam ieiuno ventriculo aſſumunt. In pharmacopoeis praeparantur ſequentia medicamenta: Acetum rutaceum, quod tam interne aſſumitur, quam externe naribus olfaciendum admouetur. Aqua Rutae deſtillata, quae praeprimis in menſibus ſuppreſſis commendatur. Oleum deſtillatum atque coctum et tandem Balſamum.

## XXI.

# SCABIOSA.

Scabioſa Ludw. D. G. Edit. III. n. 378. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 108.
Scabioſa pratenſis hirſuta, quae Officinarum. C. B. Pin. 269.
Scabioſa officinarum. Matth. 689.
Scabioſa corollulis quadrifidis radiantibus caule hiſpido Linn. Sp. Pl. p. 99. n. 8.

Scabioſen. Franz. Scabioſe. Engl. Scabious. Niederl. Scabioſe. Ital. Scabioſa.

Wächſt häufig auf Wieſen und an den Rändern der Aecker, und blüht im Sommer. Die Wurzel iſt lang und ganz; die Blätter ſind rauch, lang und eingeſchnitten; der Kelch iſt ſchuppig, vielblätterig; die Blümchen ſind einblätterig, zuſammengeſetzt, röhrig, deren viele von dem gemeinſchaftlichen Kelche umgeben ſind; der eigene Kelch iſt vierſpaltig, aus den Eyern werden längliche Saamen. Man braucht die Blätter und Blumen, welche im Junio und Julio geſammlet werden müſſen. Es werden ihnen viele und verſchiedene Kräfte zugeſchrieben, ſie befördern den Schweiß und dienen in Huſten und Engbrüſtigkeit, auch äußerlich in der Krätze und in Geſchwüren. Man findet in den Apotheken ein Waſſer, einen Zucker und einen Syrup, welche in der Lungenſucht und andern Bruſtbeſchwerungen nicht ohne Nutzen ſind.

Frequens eſt eius prouentus in paſcuis et marginibus agrorum, aeſtate floret. Radix eſt longa et integra; folia hirſuta, longa et inciſa; calix imbricatus, polyphyllus; floſculi monopetali, compoſiti, tubuloſi, quorum plures calice communi comprehenduntur; calix proprius quadrifidus eſt, ex ouulis fiunt ſemina oblonga. Vſurpantur folia et flores, Iunio et Iulio colligendi. Multae atque diuerſae illis tribuuntur virtutes, ſudorem excitant, in tuſſi et aſthmate conueniunt, externe quoque in ſcabie et vlceribus. In pharmacopoeis reperitur aqua, conſerua et ſyrupus, quae in phthiſi pulmonali et aliis pectoris morbis non ſine vtilitate adhibentur.

XXII. TA-

Tab. XX.

Ruta hortenſis. Gartenraute.



Tab. XXI.

Scabiosa. Scabiosen.

Tab. XXII.

Tanacetum. Rheinfarn.

Tab. XXIII.

Vlmaria. Geißbart.

## XXII.

# TANACETVM.

Tanacetum Ludw. D. G. Edit. III. n. 387. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 848.
Tanacetum vulgare luteum C. B. Pin. 132.
Tanacetum Matth. 651.
Tanacetum foliis bipinnatis incisis serratis Linn. Sp. Pl. p. 844. n. 7.

Rheinfarrn. Franz. Tanési. Engl. Tansie. Niederl. Reinvaren.
Ital. Tanaceto.

An den Rändern der Aecker und an Gräben, blüht im Junio und Julio, zu welcher Zeit die Blätter zu sammlen sind. Die Wurzel ist holzig und zaserig; die Blätter sind geflügelt, eingeschnitten, gesäget; der Kelch ist halb kugelrund, schuppig; die Blümchen sind einblätterig, zusammengesetzt, röhrig, fünfspaltig; die Saamen länglich. Die Blätter, Blumen und Saamen dienen wegen ihrer Bitterkeit wider die Würmer. Daher verfertigen die Marktschreyer gemeiniglich ihre Wurmpulver daraus. In Mutterbeschwerungen, und verstopfter Monathzeit ist diese Pflanze von gutem Nutzen. Man bereitet aus den Blättern und Blumen ein Extrakt, ferner ein destillirtes Wasser und ein Oel, welches sowohl innerlich als äußerlich gebraucht wird.

Ad agrorum margines et circa fossas, Iunio et Iulio floret, quo tempore folia colligenda sunt. Radix lignosa et fibrosa; folia pinnata, incisa, serrata; calix hemisphaericus, imbricatus; flosculi monopetali, compositi, tubulosi, quinquifidi; semina oblonga. Folia, flores et semina propter amaritiem suam contra vermes iuuant. Inde agyrtae pulueres suos anthelminticos ex illis praeparant. In affectibus vterinis et mensibus suppressis planta haec egregium vsum praestat. Ex foliis et floribus paratur extractum, porro aqua destillata et oleum, quod tam interne quam externe adhibetur.

## XXIII.

# VLMARIA.

Filipendula Ludw. D. G. Edit. III. n. 806. Spiraea Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 554.
Barba caprae floribus compactis C. B. Pin. 164.
Vlmaria Regina prati. Ger. 886.
Spiraea foliis pinnatis, impari maiore lobato floribus cymosis. Linn. Sp. Pl. pag. 490. n. 10.

Geißbart. Franz. Reine de Prez. Engl. Meadow-sweet. Niederl. Geitenbaart.
Ital. Vlmaria.

Auf fetten und feuchten Wiesen, blüht im Junio und Julio. Die Blüthe ich fünfblätterig ähnlich; der Kelch einblätterig fünfspaltig. Die Frucht besteht aus vielen krummen Scheiden, welche kleine Saamen enthalten. Die Wurzeln, Blätter und Blumen sind im Gebrauche. Man schreibt ihnen eine schweißtreibende und anziehende Kraft zu und braucht sie in Fiebern und Durchfällen, auch in Wunden und Geschwüren. Aus den Blättern und Blumen wird ein Wasser destilliret.

In pascuis vliginosis et humidis, Iunio et Iulio floret. Corolla est pentapetala regularis; calix monophyllus quinquifidus, fructus constat ex multis capsulis incuruis, semina exigua continentibus. Radices, folia et flores in vsu sunt. Tribuunt illis vim diaphoreticam et adstringentem, in febribus et diarrhoeis nec non in vulneribus atque vlceribus iisdem vtuntur. Ex foliis et floribus aqua destillatur.

## XXIV.

# VICTORIALIS ROTVNDA.

Gladiolus Ludw. D. G. Edit. III. n. 259. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 55.
Gladiolus floribus vno verſu diſpoſitis. C. B. Pin. 41.
Gladiolus ſiue Xiphion. I. B. II. 701.
Victorialis foemina ſeu rotunda. Cord.
Gladiolus foliis enſiformibus, floribus diſtantibus. Linn. Sp. Pl. p. 36. n. 1.

Runde Siegwurz. Franz. Glayeul, ou Glais. Engl. Corn-Flag. Niederl. Gladiolus van Narbonne. Ital. Gladiolo.

Wird in warmen Ländern häufig unter den Saaten gefunden, bey uns in Gärten gehalten, und blüht im Junio. Die Wurzel iſt eine Zwiebel; die Blätter ſind ſchwerdförmig. Die Blüthe einblätterig unähnlich; die Capſel länglich, dreyeckig, dreyzellig, dreyklappig und enthält rundliche Saamen. Der Gebrauch der Wurzel dieſer Pflanze iſt faſt bloß äußerlich. Sie trocknet, zertheilt und erweicht die Geſchwulſten. Die Schaale der Zwiebel wird zuweilen wider den Stein innerlich gegeben.

In regionibus calidioribus frequens inter ſegetes reperitur, apud nos in hortis colitur et Iunio floret. Radix eſt bulbus; folia ſunt enſiformia; corolla monopetala irregularis, capſula oblongo-trigona, trilocularis triualuis, ſemina ſubrotunda continens. Vſus radicis huius plantae ferme ſolus externus eſt. Siccat, diſcutit et emollit tumores. Cortex bulbi interdum contra calculum interne propinatur.

## XXV.

# VINCETOXICVM.

Aſclepias Ludw. D. G. Edit. III. n. 149. Linn. Gen. Pl. Edit. V. 270.
Aſclepias Fl. albo C. B. P. 303.
Vincetoxicum Matth. 592.
Aſclepias foliis ouatis baſi barbatis, caule erecto, vmbellis proliferis. Linn. Sp. Pl pag. 216. n. 12.

Schwalbenwurz. Gal. Domte venin. Angl. Swallow-wort. Niederl. Swaluwe Wortel. Ital. Vincetoſſico.

Wächſt an ſchattigten, ſandigten und bergigten Orten, und blüht im Junio und Julio. Die Wurzel iſt zaſerig, inwendig weiß. Die Blätter ſind länglich und zugeſpißt; der Kelch iſt klein und fünfgezähnt; die Blüthe einblätterig, ähnlich, fünfſpaltig, mit fünf Saftgruben; die Capſel einzellig, einklappig und enthält platte, wollige Saamen. Die Wurzel iſt vornehmlich im Gebrauche und muß im Frühlinge geſammlet werden. Von Geſchmack iſt ſie ſcharf und bitter. Ihre Kräfte ſind ſchweißtreibend und zertheilend; daher ſie in der Peſt und andern Krankheiten, welche von giftigen Biſſen toller Thiere herrühren, ſehr gerühmt werden. In der Waſſerſucht thut dieſe Wurzel auch gute Dienſte. Tragus hat den Trank davon, mit Weine gemacht, in dieſer Krankheit ſehr nützlich befunden. Sonſt kann man die Wurzel zu Pulver geſtoſſen zu einem halben Quentchen geben; in Tränken aber entweder allein zu einem oder mehr Lothen, oder mit andern Kräutern und Wurzeln vermiſcht, gebrauchen. Das zuſammengeſetzte Meerzwiebelpulver des Herrn D. Stahl beſteht aus 1. Theile unſrer Wurzel und 3. Theilen Meerzwiebel.

Creſcit in vmbroſis, arenoſis et montoſis locis atque Iunio et Iulio floret. Radix eſt fibroſa, intus alba. Folia ſunt oblonga, acuminata; calix eſt minimus quinquedentatus; corolla monopetala regularis, quinquefida cum nectariis quinque; capſula vniloculàris vniualuis ſemina compreſſa pappoſa continet. Vſu eſt praecipue radix, quae tempore vernali colligi debet. Saporis eſt acris, amaricantis. Virtutes habet alexipharmacas et incidentes, qua propter in peſte et morbis ab animalium rabidorum morſu oriundis valde laudatur. In hydrope haec radix quoque vtiliter adhibetur. *Tragus* decoctum eius vinoſum in morbo hoc ad modum proficuum inuenit. Datur radix in puluere ad drachmam dimidiam; in decoctis autem et infuſis, vel ſola ad vnciam ſemis et vltra, vel aliis herbis et radicibus addita. Puluis Scillae compoſitus Stahlii ex vna parte radicis huius et tribus partibus Scillae praeparatur.

Tab. XXIV.

Victorialis rotunda. Runde Siegwurz.

Tab. XXV.

Vincetóxicum. Schwalbenwurz.

Tab. XXVI.

Abſinthium ponticum. römiſcher Wermuth.



Tab. XXVII.

Ageratum. Leberbalſam.

## XXVI.

# ABSINTHIVM PONTICVM.

Abſinthium Ludw. D. G. Edit. III. n. 390. Artemiſia Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 849.

Abſinthium ponticum tenuifolium incanum, C. B. Pin. 138.

Abſinthium ponticum. Matth. 509. 3.

Artemiſia foliis multipartitis ſubtus tomentoſis, floribus ſubrotundis nutantibus: receptaculo nudo. Linn. Sp. Pl. p. 847. n. 9.

Römiſcher Wermuth. Franz. Abſinthe Romaine. Engl. Roman. Wormwood. Niederl. Fyne Roomſche Alſem. Ital. Aſſenzo Romano.

Wird in Gärten gezogen, und blüht im Julio. Die Wurzel iſt holzicht. Die Blätter ſind ſehr fein zerſchnitten, unten weißlich. Der Kelch iſt ſchuppicht und rundlich: die Blüthe zuſammengeſetzt röhrig und fünfſpaltig; der Grund wollicht. Das Kraut iſt wegen ſeiner Bitterkeit Magenſtärkend, und wird in Anſehung ſeiner feinern Theile dem gemeinen Wermuth vorgezogen. Es beſitzt auch eine Urintreibende Kraft: weswegen es den Waſſerſüchtigen ſehr dienet.

In hortis colitur et Iulio floret. Radix eſt lignoſa. Folia tenuiter diſſecta ſunt, ſubtus albicantia. Calix eſt imbricatus ſubrotundus: flos compoſitus tubuloſus quinquifidus; thalamus villoſus. Herba ob amarorem ſuum ſtomachica eſt et ratione partium tenuiorum, quibus donatur, Abſinthio vulgari praefertur. Vim quoque diureticam poſſidet; quapropter hydropicis conuenit.

## XXVII.

# AGERATVM.

Tanacetum. Ludw. D. G. Edit. III. n. 387. Achillea. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 871.

Ageratum foliis ſerratis. C. B. P. 221.

Ageratum. Matth. 740. 1.

Achillea foliis lanceolatis obtuſis acute ſerratis. Linn. Sp. Pl. p. 897. n. 2.

Leberkraut, Leberbalſam. Franz. Eupatoire de Meſue. Engl. Sweet Maudlin. Niederl. Edel Leverkruyt. Ital. Agerato.

Wächſt in Frankreich, und wird bey uns in Gärten gehalten. Es hat eine zaſerichte gelbliche Wurzel und lanzenförmige ſcharfgeſägte Blätter. Der Kelch iſt länglich und ſchuppicht; die Blümchen ſind zuſammengeſetzt röhrig und fünfſpaltig, die Saamen länglich. Das Kraut und die Saamen haben einen aromatiſchen Geruch und Geſchmack. Sie erwärmen, verdünnen, eröffnen und zertheilen, wie Schwenckfeldt ſagt. Man lobt ſie wider eingewurzelte, beſonders Quartan-Fieber, und wider die Verſtopfung der Leber; daher auch die Pflanze Leberbalſam genannt wird.

In Gallia creſcit, apud nos in hortis colitur. Radicem habet fibroſam flaueſcentem et folia lanceolata, acute crenata. Calix eſt oblongus, imbricatus; Floſculi ſunt compoſiti tubuloſi quinquifidi. Herba et ſemina odore atque ſapore aromatico praedita ſunt. Calefaciunt, attenuant, aperiunt atque diſcutiunt, teſte *Schwenckfeldtio*. Laudantur contra febres inueteratas, praecipue quartanas, et obſtructiones hepatis; vnde planta haec a Germanis Balſamum hepatis nuncupatur.

## XXVIII.

# AGNVS CASTVS.

Vitex Ludw. D. G. Edit. III. n. 347. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 708.
Vitex foliis anguſtioribus cannabis modo diſpoſitis. C. B. P. 475.
Vitex ſiue Agnus caſtus Ger. 1201.
Vitex Matth. 173. 1.
Vitex foliis digitatis, ſpicis verticillatis Linn. Sp. Pl. p. 938. n. 1.

Keuſchlamm. Franz. Petit poivre. Engl. The chaſte Tree. Niederl. Kuyſcheboom. Ital. Agno caſto.

Es iſt ein kleiner Baum, welcher in Italien und Sicilien wild wächſt; bey uns aber durch die Wartung gezogen wird: er blüht im Auguſt. Die Wurzel iſt holzicht; die Blätter ſind fingerartig, unten aſchfarbig. Der Kelch iſt einblätterig, fünffpaltig und kurz; die Blüthe einblätterig unähnlich, röhrig, zweylippig; die obere Lippe zurückgebogen, breit und ausgeſchnitten; die untere dreyſpaltig. Dieſe Blumen haben vier Staubgefäße und einen Stempfel mit zwoen Spitzen. Die Frucht iſt eine längliche Beere, die Nuß einzellig und enthält vier eyrunde ſchwarze Saamen. Dieſe werden gemeiniglich gebraucht. Sie haben einen ſcharfen und aromatiſchen Geſchmack; daher heiſſen ſie auch Münchpfeffer oder Kloſterpfeffer. Ihre vornehmſte Kraft ſoll darinn beſtehen, daß ſie die Begier zur Liebe dämpfen und den männlichen Saamen vermindern. Man lobt ſie auch in Mutterbeſchwerungen, und die Monathzeit zu befördern. Unterdeſſen haben viele Schriftſteller angemerkt, daß dieſe Saamen nur in Perſonen von hitzigem Temperamente die Liebes-Begier dämpfen; in ſolchen aber, die eine kalte Natur haben, dieſe Begier erwecken oder vermehren.

Arbuscula eſt, in Sicilia et Italia ſponte proueniens; apud nos vero in hortis colitur: floret Auguſto. Radix eſt lignoſa; folia ſunt digitata, ſubtus cinerea. Calix monophyllus, quinquefidus, breuis; corolla monopetala irregularis, tubuloſa, bilabiata; labium ſuperius reflexum, latius, emarginatum, inferius trifidum. Flores hi quatuor ſtaminibus, ſtylo vnico et ſtigmate duplici inſtructi ſunt. Fructus eſt bacca oblonga, nux vnilocularis, ſemina quatuor ouata nigra continens. Haec plerumque in vſum veniunt. Saporis ſunt acris et aromatici, vnde quoque Piper Monachorum vocantur. Praecipua eorum vis haec eſſe dicitur, quod appetitum venereum reprimant et ſperma virile imminuant. Laudantur quoque in affectionibus hyſtericis et ad fluxum menſtruum ciendum. Multi tamen ſcriptores annotarunt, ſemina haec in ſubiectis calidis venerem reprimere; in illis autem, qui conſtitutione corporis frigida gaudent, cupidinem hanc excitare vel adaugere.

## XXIX.

# AGRIMONIA.

Agrimonia Ludw. D. G. Edit. III. n. 793. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 534.
Eupatorium veterum ſiue Agrimonia, C. B. P. 274. Eupatorium Matth. 717.
Agrimonia foliis caulinis pinnatis, fructibus hiſpidis. Linn. Sp. Pl. p. 448. n. 1.

Odermennig. Franz. Agrimoine. Engl. Agrimony. Niederl. Agremonie. Ital. Agrimonio.

Wächſt häufig auf Wieſen und in Wäldern, und blüht im Junio und Julio. Es hat eine zaſerige Wurzel und rauche wechſelsweis geſtellte Blätter. Der Kelch iſt fünffpaltig; die Blüthe fünfblätterig ähnlich, ſelten ſechsblätterig; die Blumen ſtehen ährenweis und ſind gelb. In der einzelligen und Klettenähnlichen Kapſel bleibt ein rundlicher Saame zurück. Das Kraut iſt im Gebrauch, und muß im Frühling geſammlet werden. Es hat einen angenehmen Geruch und ſcharfen zuſammenziehenden Geſchmack. Es dienet beſonders als ein ſchweißtreibendes und Wund-Mittel, wie auch in der verſtopften Monathzeit und güldnen Ader. In den Apotheken bereitet man ein deſtillirtes Waſſer, einen Syrup, eine Eſſenz und einen Extract. Man bedient ſich auch des friſch ausgepreßten Saftes.

Creſcit copioſe in pratis et ſyluis, floret Iunio et Iulio. Radice gaudet fibroſa et foliis villoſis alternatim diſpoſitis. Calix eſt quinquefidus; corolla pentapetala, raro hexapetala; flores in ſpica collocati et lutei ſunt. In capſula vniloculari et lappacea ſemen ſubrotundum remanet. Herba in vſu eſt, et verno tempore colligi debet. Odorem habet gratum, ſaporem acrem et adſtringentem. Conuenit praecipue tanquam remedium ſudoriferum et vulnerarium, vt et in menſium et haemorrhoidum obſtructione. In officinis paratur aqua deſtillata, ſyrupus, eſſentia atque extractum. Succus etiam recens expreſſus vſurpatur.

Tab. XXVIII.

Agnus caſtus. Keuſchlamm.

Tab. XXIX.

Agrimonia. Odermennig.

Tab. XXX.

Beccabunga. Bachbungen.

Tab. XXXI.

Biſtorta. Natterwurz.



## XXX.

# BECCABVNGA.

Veronica Ludw. D. G. Edit. III. n. 252. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 25.
Anagallis aquatica maior folio ſubrotundo. C. B. P. 252.
Anagallis aquatica. Matth. 465.
Beccabunga. Riv. Mon.
Veronica racemis lateralibus, foliis ouatis planis, caule repente. Linn. Sp. Pl. p. 12. n. 14.

Bachbungen. Franz. Creſſon aquatique. Engl. Brooklime. Niederl. Bekeboon. Ital. Beccabunga. Gargoleſtrio.

Man findet ſie an Bächen und feuchten Wieſen; ſie blüht im May und Junio. Die Wurzel iſt klein, weiß, zaſerig. Die Blätter ſind breit, rundlich, ausgezackt, dick und fett. Der Kelch iſt einblätterig, vierſpaltig und bleibend. Die Blumen kommen ährenweis aus den Winkeln der Blätter, und ſind einblätterig, vierſpaltig, räderartig. Die zweyzellige Kapſel enthält viele kleine Saamen. Den Blättern dieſer Pflanze wird eine eröffnende und verdünnende Kraft zugeſchrieben. Man hält ſie für ein vortreffliches Mittel wider den Scharbeck, und braucht entweder den ausgepreßten Saft der friſchen oder das Infuſum der getrockneten Blätter.

Inuenitur circa riuos et in pratis humidis; Maio et Iunio floret. Radix eſt parua, alba, fibroſa. Folia ſunt lata, ſubrotunda, crenata, craſſa et pinguia. Calix monophyllus, quadrifidus, perſiſtens. Flores ex alis foliorum in ſpicis oriuntur, ſuntque monopetali, quadrifidi, rotati. Capſula bilocularis ſemina plurima parua continet. Foliis huius plantae virtus aperiens atque attenuans attribuitur. Egregium eſſe cenſetur remedium antiſcorbuticum; adhibetur vel ſuccus ex foliis recentibus expreſſus, vel infuſum cum foliis ſiccatis.

## XXXI.

# BISTORTA.

Polygonum Ludw. D. G. Edit. III. n. 995. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 445.
Biſtorta maior, radice magis intorta. C. B. P. 192.
Biſtorta Matth. 674.
Polygonum caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ouatis in petiolum decurrentibus. Linn. Sp. Pl. p. 360. n. 2.

Natterwurz. Franz. Biſtorte. Engl. Biſtort. Snakeweed. Niederl. Herts-tonge. Ital. Biſtorta.

Kömmt häufig an feuchten Orten, und blüht im May und folgenden Monathen. Die Wurzel iſt knollicht, lang, gewunden und mit Zaſern beſetzt; auswendig braun, inwendig röthlich. Die Blätter ſind lang und zugeſpitzt, unten blaßgrün. Dieſe Pflanze gehört unter diejenigen, deren Blumen blätterlos ſind. Der Kelch iſt tief fünfſpaltig, röthlich, bleibend, und enthält acht Staubgefäße und zween Griffel. Dieſe Blüthen ſtehen in dichten Aehren. Der Eyerſtock verwandelt ſich in einen einzigen dreyeckichten Saamen. Die Wurzel iſt ſehr zuſammenziehend. Daher wird ſie in Durchfällen und Blutflüſſen verſchrieben; vornehmlich aber äußerlich; weil der innerliche Gebrauch ſtark zuſammenziehender Arzneyen öfters gefährlich iſt. Man giebt ſie in Subſtanz von einem Scrupel bis zu einer Drachme; im Decoct aber von einer bis zu zwo Unzen.

Copioſe provenit in locis humidis, Maio et menſibus ſequentibus floret. Radix eſt tuberoſa, longa, intorta fibrisque praedita; extus fuſca, intus rubeſcens. Folia longa ſunt, acuminata, ſubtus pallide virentia. Planta haec ad eas pertinet, quibus flores ſunt apetali. Calix profunde quinquifidus, rubeſcens atque perſiſtens octo continet ſtamina ſtylosque duos. Flores hi in denſis ſpicis diſpoſiti ſunt. Ouarium abit in ſemen vnicum triquetrum. Radix valde adſtringens eſt. Ideo in diarrhoeis et dyſenteriis praeſcribitur; praecipue autem externe, quoniam internus vſus medicamentorum valide adſtringentium ſaepe noxius eſt. Datur in ſubſtantia a ſcrupulo vno ad drachmam vnam; in decocto autem ad vnciam vnam vel alteram.

## XXXII.

# BOTRYS.

Chenopodium Ludw. D. G. Edit. III. n. 972. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 273.
Botrys Ambrosioides vulgaris. C. B. P. 138.
Botrys Matth. 620.
Chenopodium foliis oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis Linn. Sp. Pl. p. 219. n. 8.

Taubenkraut. Türkischer Beyfuß. Franz. Piment. Engl. Dak of Jerusalem.
Niederl. Druiven-kruid. Ital. Botri.

Diese Pflanze wächst in Italien und in der Provence; bey uns wird sie in Gärten aus Saamen fortgepflanzt. Sie liebt einen sandichten Boden und blüht im Julio. Ihre Wurzel ist zaserig. Die Blüthe besteht aus einem fünfspaltigen Kelche, fünf Staubgefäßen und zween Griffeln. In dem Kelche bleibt ein runder und gedrückter Saame zurück. Die Blätter haben einen angenehmen Geruch, und ein wenig aromatischen Geschmack. Sie dienen ihrer balsamischen Eigenschaft wegen in Mutter- und Lungen-Beschwerungen; besonders aber wider das Bauchgrimmen und den aufgeschwollnen Leib der Kinder.

Planta haec in Italia et Gallo-Prouincia crescit; apud nos in hortis ex seminibus propagatur. Solum amat arenosum floretque Iulio. Radix eius fibrosa est. Flos constat ex calice quinquifido, staminibus quinque et stylis duobus. Semen rotundum compressum in calice remanet. Folia odore grato et sapore subacri aromatico praedita sunt. Ob indolem balsamicam conueniunt morbis vteri et pulmonum; praesertim vero in torminibus et abdomine infantum inflato.

## XXXIII.

# CALAMINTHA MONTANA.

Melissa Ludw. D. G. Edit. III. n. 296. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 647.
Calamintha vulgaris & Officinarum Germaniae C. B. P. 228.
Calamintha montana. Dod. Pempt. 98.
Melissa pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum. Linn. Sp. Pl. p. 593. n. 3.

Bergmünze. Ackermünze. Franz. Calament de montagne. Engl. Calamint.
Niederl. Berg-Calament. Ital. Calaminta.

An bergichten und schattichten Orten; blüht im Julio. Die Wurzel ist zaserig. Die Blätter stehen einander gegen über an einem viereckichten Stengel, und sind rauch und ausgezackt. Der Kelch ist zweylippig, die obere Lippe dreyspaltig, die untere getheilt. Die Blüthe ist einblätterig unähnlich; im Kelche bleiben vier längliche Saamen zurück. Die Blätter haben einen guten Geruch, und dienen die Blähungen zu treiben, und die Monathzeit zu befördern. Aeußerlich werden sie zu Bähungen und Bädern in der Entzündung der Mutter gebraucht.

In locis elatioribus atque vmbrosis; floret Iulio. Radix est fibrosa. Folia opposita cauli quadrangulari adnascuntur, suntque hirsuta et crenata. Calix bilabiatus est; labio superiori trifido, inferiori diuiso. Corolla monopetala irregularis; semina quatuor oblonga in calice remanent. Folia odoris sunt grati, flatus discutiunt et menstrua prouocant. Externe ad fomentationes et balnea in vteri inflammatione adhibentur.

## XXXIV.

# CALAMVS VVLGARIS.

Acorus Ludw. D. G. Edit. III. n. 983. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 392.
Acorus verus siue Calamus aromaticus Officinarum C. B. P. 34.
Acorum Matth. 21.
Acorus Linn. Sp. Pl. p. 324. n. 1.

Gemei-

Tab. XXXII.

Botrys. Taubenkraut.

Tab. XXXIII.

Calamintha montana. Bergminze.

Tab. XXXIV.

Calamus vulgaris. gemeiner Kalmus.

Tab. XXXV.

Carduus Mariae. Mariendiſtel.

Tab. XXXVI.

Caryophyllata. Benedictwurzel.

Gemeiner Kalmus. Akerwurz. Franz. Acorus veritable. Engl. Sweet Flag. Niederl. Calmoes. Ital. Acoro.

An Sümpfen und andern feuchten Orten; blüht im May. Die Wurzel ist dick und weißlicht. Die Blätter sind sehr lang und zugespitzt. Die Blumen stehen in einer fingerförmigen dichten Aehre. Die Blätterlose Blüthe besteht aus einem sechsblätterigen Kelche, sechs Staubgefäßen und einem sehr kurzen Griffel. Die dreyeckichte und dreyzellige Kapsel enthält drey kleine Saamen. Die Wurzel ist scharf und aromatisch: wenn sie getrocknet ist, giebt sie einen angenehmern Geruch, als die frische. Sie erwärmt, stärkt den Magen, treibt die Blähungen und verbessert den Athem. Man überzuckert sie und macht auch eine Lattwerge daraus, welche den Nerven sehr dienlich ist.

Circa loca paludosa et humida; Majo floret. Radix crassa est et albicans. Folia sunt longa acuminata. Flores in spica digitiformi densa disponuntur. Flos apetalus est, ex calice hexaphyllo, staminibus sex et stylo vnico breuissimo compositus. Capsula triangula et trilocularis, seminibus tribus paruis foeta. Radix est acris et aromatica; siccata odorem magis gratum spirat, quam recens. Calefacit, ventriculum roborat, flatus discutit halitumque oris emendat. Saccharo conditur et Electuarium, diacorum dictum, nervis quam maxime proficuum ex ea paratur.

## XXXV.

# CARDVVS MARIAE.

Carduus Ludw. Def. G. Edit. III. n. 409. Linn. Gen. Pl. Edit. III. n. 832.
Carduus albis maculis notatus vulgaris. C. B. P. 381.
Carduus marianus. Tab. 1078.
Carduus foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis: spinis canaliculatis duplicato spinosis Linn. Sp. Pl. p. 823. n. 13.

Mariendistel. Franz. Chardon de Nôtre Dame. Engl. Ladies-Thistle. Niederl. Ouser Vrouwen-Distel. Ital. Cardo di S. Maria.

Wächst bey uns in Gärten, man findet sie aber auch zuweilen an den Rändern der Felder; sie blüht im Julio. Die Wurzel ist dick; die Blätter sind weiß: gefleckt, eingeschnitten und stachlicht. Der Kelch besteht aus stachlichten Schuppen. Die Blümchen sind zusammengesetzt, röhrig, fünfspaltig; der Grund ist mit Wolle bedeckt; die Saamen sind länglich und wollicht. In der Medicin bedient man sich der Blätter und Saamen. Die erstern haben einen bittern Geschmack, und dienen in Krankheiten der Leber, in der Wassersucht und Gelbsucht. Die Saamen werden besonders wider das Seitenstechen angepriesen. Man giebt sie entweder in Substanz, oder besser in Milchtränken.

Nascitur apud nos in hortis, inuenitur vero etiam in marginibus agrorum; floret Iulio. Radix est crassa; folia albis venis notata, incisa et aculeata sunt. Calix constat ex squamis aculeatis. Flosculi sunt compositi tubulosi quinquifidi; thalamus villosus; semina sunt oblonga, papposa. Folia et semen in Medicina vsurpantur. Priora saporis sunt amari et in morbis hepatis, in hydrope et ictero vtiliter adhibentur. Semina praesertim contra pleuritidem commendantur. Propinari possunt vel in substantia, vel melius in emulsionibus.

## XXXVI.

# CARYOPHYLLATA.

Caryophyllata Ludw. D. G. Edit. III. n. 809. Geum Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 561.
Caryophyllata vulgaris C. B. P. 321.
Caryophyllata Matth. 697. 1.
Geum floribus erectis, fructu globoso: aristis vncinatis nudis, foliis lyratis Linn. Sp. Pl. p. 501. n. 2.

Benedictwurzel. Franz. Benoite. Engl. Avens. Niederl. Nagelkruyt. Ital. Garofanata.

Man findet diese Pflanze in Wäldern, Gärten und an Zäunen; sie blüht im Sommer. Ihre Wurzel ist länglich, dick und zaserig. Die Blätter sind rauch, eckicht und gekerbt. Der Kelch ist einblätterig, zehnspaltig, mit wechselsweis kleinern Ausschnitten; die Blüthe fünfblätterig ähnlich, gelb. Die Saamen

Occurrit haec planta in syluis, hortis et ad sepes; aestate floret. Radix eius est oblonga, crassa et fibrata. Folia sunt villosa, angulata, crenata. Calix est monophyllus, decemfidus, laciniis alternis minoribus; corolla pentapetala regularis, lutea. Semina compressa et stylo instructa

sind platt und mit einem Griffel versehen. Die Wurzel ist vornehmlich im Gebrauch: doch schreibt man auch den Blättern eine Arzney-Kraft zu. **Boerhaave** befiehlt die Wurzel im Monath Februar gegen den Vollmond auszugraben. Sie besitzt einen angenehmen Geschmack, welcher den Würz-Nelken nah kömmt. Ihre Kräfte sind Schweißtreibend, Magen- und Nerven-stärkend. Sie befestigt, wenn man sie kauet, das Zahnfleisch und die Zähne. Man lobt sie auch wider das Podagra.

sunt. In vsu est praecipue radix: foliis tamen quoque vis medica tribuitur. Radix mense Februario circa plenilunium effodi debet, secundum *Boerhaavium*. Sapore praedita est grato, ad caryophyllos aromaticos accedente. Vires eius sunt sudoriferae, stomachicae atque neruinae. Masticando gingiuas roborat et dentes firmat. Laudatur quoque contra podagram.

## XXXVII.

# CORIANDRVM.

Coriandrum Ludw. D. G. Edit. III. n. 872. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 318.
Coriandrum maius C. B. P. 158.
Coriandrum Matth. 559.
Coriandrum fructibus globosis. Linn. Sp. Pl. p. 256. n. 1.

Koriander. Franz. Coriandre. Engl. Coriander. Niederl. Coriander. Ital. Coriandro.

Diese Pflanze ist ein Jahrgewächs und wird in Gärten und Feldern gesäet. Sie hat eine zaserige Wurzel. Die untern Blätter sind größer, die obern fein zerschnitten. Die Blüthe gehört zu den fünfblätterigen Schirmblumen. Der allgemeine Umschlag fehlt; der besondere ist dreyblättrig. Die Blumenblätter sind herzförmig, von ungleicher Größe; die Saamen halbkugelrund, mit dem Kelche gekrönt. Diese werden in der Medicin gebraucht. Sie haben einen starken aromatischen Geruch und süßlichen scharfen Geschmack. Wenn sie frisch sind, ist ihr Geruch fast giftig und dem Kopfe schädlich: diese Eigenschaft aber verliehrt sich durch das trocknen. Sie dienen besonders dem Magen, dämpfen das Aufstoßen und treiben die Blähungen. Man pflegt sie zu überzuckern und wider die böse Luft zu kauen.

Planta haec annua est, in hortis et aruis seritur. Radice gaudet fibrosa. Inferiora folia maiora sunt; superiora tenuiter laciniata. Flos pertinet ad pentapetalos vmbellatos. Inuolucrum vniuersale nullum, partiale triphyllum est. Petala sunt cordata, inaequalis magnitudinis; Semina hemisphaerica, calice coronata. Haec in medicina adhibentur. Odorem grauem aromaticum spirant, saporis sunt subdulcis acris. Dum recentia sunt, odor eorum fere virosus et capiti noxius est: haec vero indoles exsiccatione euanescit. Ventriculo praecipue inseruiunt, ructus et flatus discutiunt. Saccharo condiri et contra aerem corruptum manducari solent.

## XXXVIII.

# CORNVS.

Cornus Ludw. D. G. Edit. III. n. 520. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 139.
Cornus sylueſtris mas C. B. P. 447.
Cornus mas Matth. 213.
Cornus arborea, vmbellis inuolucrum aequantibus Linn. Sp. Pl. p. 117. n. 2.

Cornelbaum. Corneliuskirsche. Franz. Cornouiller, Cornier. Engl. The Cornelian Cherry. Niederl. Cornoelje. Ital. Corniolo.

Dieser Baum wächst auf den Feldern, und wird auch in Gärten gehalten. Er blüht im März und April; die Früchte sind im September reif. Die Wurzel ist holzig; die Blätter sind lang, breit, voll Adern. Der gemeinschaftliche Kelch ist vierblätterig; der Kelch, welcher den Eyerstock umgiebt, sehr klein und vierspaltig. Die Blumen sind vierblätterig ähnlich. Die längliche fleischige Frucht enthält eine zweyzellige Nuß; in jeder Zelle liegt ein länglicher Kern. Diese Frucht ist sauer und anziehend, und daher kühlend und Magenstärkend. In den Apotheken wird ein Roob daraus bereitet.

Nascitur haec arbor in agris, et in hortis quoque colitur; floret Martio et Aprili; fructus mense Septembri matureſcunt; foliis instructus est longis, latis atque neruosis. Calix communis tetraphyllus est; calix, ouarium cingens, mininus et quadrifidus. Flores sunt tetrapetali regulares. Fructus oblongus carnosus nucem biloculärem continet; in quolibet loculo nucleus oblongus reponitur. Fructus hic acidus atque adstringens est, ideoque refrigerans et ventriculum roborans censetur. In pharmacopoeis Roob Corni paratur.

XXXIX.

Tab. XXXVII.

Coriandrum. Koriander.

Tab. XXXVIII.

Cornus. Cornelbaum.

Tab. XXXIX.

Gallium luteum. Waldſtroh.

Tab. XL.

Hyſſopus. Iſop.

## XXXIX.

# GALLIVM LVTEVM.

Gallium Ludw. D.G. Edit. III. n. 13. Galium Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 117.

Gallium luteum C. B. P. 335.

Galion Matth. 792.

Galium foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis breuibus. Linn. Sp. Pl. p. 107. n. 11.

Waldſtroh, unſer Frauen Bettſtroh. Franz. Petit Muguet. Engl. Cheeſe-Kening. Niederl. Walſtroo. Ital. Gallio.

Kömmt häufig auf Feldern und an den Wegen. Die Wurzel iſt zaſerig; die Blätter ſtehen wirbelweis und ſind Linienförmig. Der Kelch iſt ſehr klein, vierſpaltig; die Blüthe einblätterig ähnlich, vierſpaltig. Die Blätter haben eine Kraft, die Milch gerinnend zu machen, und die Blutflüſſe zu ſtillen. Man hält ſie auch für Schlafmachend.

In pratis et ad vias frequens prouenit. Radice gaudet fibroſa; folia verticillatim diſpoſita et linearia ſunt. Calix eſt minimus, quadripartitus; corolla monopetala regularis, quadrifida. Folia lac coagulandi et ſanguinis profluuia ſiſtendi vim poſſident. Hypnotica quoque cenſentur.

## XL.

# HYSSOPVS.

Hyſſopus Ludw. D. G. Edit. III. n. 306. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 628.

Hyſſopus officinarum coerulea ſiue ſpicata C. B. P. 217.

Hyſſopus ſpicis ſecundis Linn. Sp. Pl. p. 569. n. 1.

Iſop. Franz. Hyſſope. Engl. Hyſſop. Niederl. Hyſop. Ital. Hyſſopo.

Wird in Gärten gehalten, und hat eine holzichte Wurzel und viereckichte Stengel, an denen längliche und ſchmahle Blätter ſtehen. Der Kelch iſt röhrig und fünfſpaltig; die Blüthe einblätterig unähnlich, zweylippig: in dem Kelche bleiben vier längliche Saamen zurück. Man braucht von dieſer Pflanze die Blätter ſammt den Blumen. Sie haben einen guten balſamiſchen Geruch, und ſcharfen, bittern, aromatiſchen Geſchmack. Daher ſtärken ſie das Haupt und die Nerven, und dienen in Bruſtkrankheiten, Milzſucht und Verſtopfungen der Eingeweide. Man braucht ſie als einen Thee; äußerlich aber zu Bädern, Bähungen und Clyſtieren. In den Apotheken bereitet man ein deſtillirtes Waſſer und einen Syrup.

In hortis colitur et radicem habet lignoſam caulesque quadrangulares, quibus folia oblonga et anguſta adhaerent. Calix eſt tubuloſus quinquefidus; corolla monopetala irregularis, bilabiata: in calice ſemina quatuor oblonga remanent. Huius plantae folia cum floribus in vſum vocantur. Odore grato balſamico et ſapore acri, amaro et aromatico praedita ſunt. Quapropter cephalicam et neruinam vim obtinent; et in morbis pectoris, malo hypochondriaco et viſcerum obſtructionibus conducunt. Vſurpantur vt infuſum theiforme; externe vero ad balnea, fomenta et clyſteres. In pharmacopoeis paratur aqua deſtillata atque ſyrupus.

## XLI.

# LENTISCVS.

Lentiſcus Ludw. D. G. Edit. III. n. 1169. Piſtacia Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 982.
Lentiſcus vulgaris C. B. P. 399.
Piſtacia foliis abrupte pinnatis, foliolis lanceolatis. Linn. Sp. Pl. p. 1026. n. 5.

Maſtixbaum. Franz. Lentiſque. Engl. The Maſticktree. Niederl. Maſtik-boom. Ital. Lentiſco.

Dieſer Baum wächſt häufig auf der Inſel Chio, in Italien, Spanien und Frankreich. In Deutſchland wird er in Gärten durch die Wartung gehalten. Seine Wurzel iſt ſtark, mit Zaſern beſetzt und braun. Die Blätter ſtehen paarweis in Reihen, ohne Endblatt; ſie ſind glatt, glänzend, einen Zoll lang, feſt und hellgrün; ſie haben einen ſcharfen Geruch und ſäuerlichen anziehenden Geſchmack. Die Blumen haben keine Blätter; die männlichen beſtehen aus einem kleinen Kelche und fünf Staubgefäßen; ſie kommen aus den Winkeln der Blätter, und ſind Büſchelweis geſtellt und röthlich; die weiblichen haben einen kleinen Kelch und drey Griffel. Die Frucht iſt eine fleiſchichte Beere, welche einen oder zween Saamen enthält. Aus der Rinde dieſes Baumes fließt ein Harz, welches Maſtix heißt. Es iſt weißlich oder gelblich, durchſichtig, zerreiblich; wenn man es auf glüende Kohlen wirft, giebt es einen angenehmen Geruch. Man braucht den Maſtix in der Medicin, als ein aromatiſches, anziehendes und Magenſtärkendes Mittel. Simon Paulli räth den Maſtix wider Flüſſe und ſchweres Gehör zu kauen; weil er die ſtockenden Säfte bewegt, und durch den Speichelfluß abführt. Das Holz des Maſtixbaumes beſitzt auch eine anziehende, ſtärkende und balſamiſche Kraft. Man pflegt Zahnſtocher daraus zu machen. Innerlich aber wird es in Decocten gebraucht. In den Apotheken bereitet man aus dem Maſtix ein Waſſer und ein Oel.

Haec arbor frequens naſcitur in Inſula Chio, in Italia, Hiſpania et Gallia. In Germania colitur in hortis. Radix eius valida, fibrata, colore fuſco. Folia coniugata pinnatim diſpoſita, nullo impari claudente; glabra ſunt, nitentia, vnciam longa, firma et laete virentia odore acuto, et ſapore acidiuſculo adſtringente praedita. Flores ſunt apetali; maſculini conſtant ex calice paruo et ſtaminibus quinque; ex alis foliorum oriuntur, racematim diſpoſiti et rubentes ſunt; foeminini calicem habent paruum ſtylosque tres. Fructus eſt bacca carnoſa, vno vel altero ſemine foeta. Ex huius arboris cortice exſudat reſina, Maſtiche dicta. Albida eſt vel flaueſcens, pellucida, friabilis; prunis iniecta odorem gratum praebet. Maſtiche in medicina vſurpatur, tanquam medicamentum aromaticum, adſtringens atque ſtomachicum. *Simon Paulli* manducationem Maſtichis aduerſus catarrhos et grauem auditum commendat; quia humores ſtagnantes mouet et ſaliuatione educit. Lignum lentiſcinum adſtringentem quoque, roborantem et balſamicam vim obtinet. Ex eo dentiſcalpia conficiuntur. Interne vero in decoctis adhibetur. Aqua et oleum ex reſina Maſtiches in pharmacopoeis paratur.

## XLII.

# MALVA ARBOREA.

Alcea Ludw. D. G. Edit. III. n. 208. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 750.
Malua roſea folio ſubrotundo. C. B. P. 315.
Malua maior Matth. 359.
Alcea foliis ſinuato angulosis. Linn. Sp. Pl. p. 687. n. 1.

Große Pappel, Herbſtroſe. Franz. Mauve des Jardins. Engl. Hollyhock. Roſe Mallow. Niederl. Stock Rooſe. Ital. Malva maggiore.

Man findet ſie in Gärten; ſie blüht gegen das Ende des Sommers. Die Wurzel iſt lang, und treibt einen hohen Stengel, woran große und eckichte Blätter ſtehen. Der Kelch iſt doppelt; der äußere ſechsſpaltig, der innere fünfſpaltig; die Blüthe einblätterig ähnlich; die platte runde Frucht beſteht aus vielen nierenförmigen Saamen. Man braucht vornehmlich die Blumen, welche erweichend ſind, zugleich aber auch eine gelind anziehende Kraft beſitzen. Daher dienen ſie in Entzündungen und Geſchwüren des Halſes und anderer Theile. Man braucht ſie auch wider die Roſe in Form eines Brey- Umſchlags.

In hortis floret verſus finem aeſtatis. Radix eſt longa, ex qua caulis altus exſurgit, cui folia magna et angulosa adnaſcuntur. Calix eſt duplex exterior ſexfidus, interior quinquefidus; corolla monopetala regularis; fructus orbiculatus planus ex plurimis ſeminibus reniformibus conſtat. In vſu ſunt praecipue flores, quibus emolliens, ſimul vero leniter adſtringens vis ineſt. Quare in inflammationibus et exulcerationibus faucium aliarumque partium conueniunt. Applicantur quoque ſub forma cataplasmatis contra eryſipelas.

XLIII.

Tab. XLI.

Lentiſcus. Maſtixbaum.

Tab. XLII.

Malua arborea. grosse Pappel.

Tab. XLIII.

Primula veris. Schlüsselblume.

Tab. XLIV.

Psyllium. Flöhkraut.

## XLIII.

# PRIMVLA VERIS.

Primula Ludw. D. G. Edit. III. n. 81. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 150.

Primula veris Matth. 801.

Verbaſculum pratenſe odoratum. C. B. P. 241.

Primula foliis dentatis rugoſis. Linn. Sp. Pl. 142. n. 1.

Schlüſſelblume, Himmelſchlüſſel. Franz. Primevere, Primerole. Engl. Primroſe. Niederl. Sleudel-Bloem. Ital. Fiore di Primavera.

Wächſt in Wäldern, Wieſen und Gärten, blüht im März und April. Die Wurzel iſt zaſerigt; die Blätter ſind länglich runzlich. Der Kelch iſt fünfſpaltig; die Blüthe einblätterig ähnlich, trichterförmig und fünfſpaltig. In der einzelligen Kapſel, welche oben aufſpringt, ſind viele kleine Saamen enthalten. Die Blätter und beſonders die Blumen ſind im Gebrauch. Sie ſtärken das Herz und die Nerven. Man bereitet in den Apotheken ein Waſſer, eine Conſerve, einen Syrup und ein Oel.

In ſyluis, pratis et hortis prouenit, floret Martio et Aprili. Radice gaudet fibroſa; foliisque oblongis rugoſis. Calix eſt quinquefidus; corolla monopetala regularis, infundibuliformis et quinqueſida. In capſula vniloculari, ſuperius dehiſcente, ſemina plurima parua continentur. Vſurpantur folia, praecipue vero flores. Cor atque neruos confortant. In pharmacopoeis paratur aqua, conſerua, ſyrupus et oleum.

## XLIV.

# PSYLLIVM.

Plantago Ludw. D. G. Edit. III. n. 28. Linn. Gen. Pl. n. 133.

Pſyllium Dioſcoridis vel Indicum foliis crenatis C. B. P. 191.

Pſyllium Matth. 753.

Plantago caule ramoſo, foliis dentatis, ſpicis aphyllis Linn. Sp. Pl. p. 116. n. 16.

Flöhkraut. Franz. Herbe aux pouces. Engl. Flea-wort. Niederl. Vloo-kruyt. Ital. Pſillio.

Wächſt in Italien und Frankreich wild, und wird bey uns in Gärten gefunden. Es hat eine dünne, kriechende und zaſerige Wurzel, und lange ſchmale Blätter. Der Kelch iſt einblätterig, ſehr klein und tief vierſpaltig; die Blüthe einblätterig ähnlich, trichterformig, mit einem vierſpaltigen ſternförmigen Rande. Die zweyzellige Kapſel enthält ſchwarze glänzende Saamen, wie Flöhe. Dieſen Saamen ſchreibt man eine gelind abführende Kraft zu: ſie werden aber innerlich ſelten gebraucht. Aeußerlich nimmt man ſie ihrer Schleimigkeit wegen zu Salben und Klyſtieren, die Schärfe zu lindern.

In Italia et Gallia ſponte naſcitur, apud nos in hortis inuenitur. Radicem habet tenuem, repentem, fibratam, atque folia longa et anguſta. Calix eſt monophyllus, minimus, profunde quadrifidus; corolla monopetala regularis, infundibuliformis, limbo quadripartito, ſtellato. Capſula bilocularis continet ſemina nigra ſplendentia, pulicum inſtar. Seminibus hiſce vis leniter purgans adſcribitur: interne autem raro adhibentur. Ob mucilaginem ſuam vnguentis et clyſmatibus ad acrimoniam demulcendam adduntur.

## XLV.

# PVLMONARIA.

Pulmonaria Ludw. D. G. Edit. III. n. 64. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 169.

Symphytum maculoſum ſiue Pulmonaria latifolia. C. B. P. 259.

Pulmonaria altera Matth. 733.

Pulmonaria foliis radicalibus ouato cordatis ſcabris. Linn. Sp. Pl. p. 135. n. 2.

Lungenkraut. Franz. Pulmonaire. Engl. Sage of Jeruſalem. Niederl. Longekruid. Ital. Pulmonaria.

Das Lungenkraut wächſt häufig in Wäldern und auf Bergen. Es hat eine holzichte, auswendig ſchwarze, inwendig weiße Wurzel. Die Blätter ſind breit und rauch; der Kelch iſt einblätterig, röhrig, fünfeckicht und fünfſpaltig; die Blüthe einblätterig ähnlich, trichterförmig mit einem fünfſpaltigen Rande. Im Kelche bleiben vier rundliche und glänzende Saamen zurück. Man braucht die Blätter, welche eine anziehende Kraft beſitzen, und beſonders in Lungen-Krankheiten für dienlich gehalten werden.

Pulmonaria frequens naſcitur in ſyluis et montibus. Radicem lignoſam, extus nigram, intus albam habet. Folia ſunt lata et ſcabra; calix eſt monophyllus, tubuloſus, pentagonus et quinquedentatus; corolla monopetala regularis, infundibuliformis, limbo quinquefido. In calice ſemina quatuor ſubrotunda et ſplendentia remanent. In vſu ſunt folia, adſtringente virtute praedita; in pulmonum morbis praecipue proficua habentur.

## XLVI.

# RHABARBARVM.

Rheum Ludw. D. G. Edit. III. n. 194. Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 454.

Rhabarbarum officinarum C. B. P. 116.

Rheum foliis ſubuilloſis petiolis aequalibus. Linn. Sp. Pl. p. 372. n. 2.

Rhabarber. Franz. Rhubarbe. Engl. True Rubarb. Niederl. Rhabarber. Ital. Rhabarbaro.

Die Rhabarbar iſt eigentlich in China zu Hauſe, und wird von da nach Perſien, Rußland und andere europäiſche Länder gebracht. Ihre Wurzel iſt dauerhaft, dick und lang, auswendig dunkelroth, inwendig aber gelb mit unterniſchten rothen Streifen; von Geſchmack ein wenig anziehend und bitter. Die Blumen haben keinen Kelch: ſie ſind einblätterig ähnlich, klein, glockenförmig, ſechsſpaltig, und haben neun Staubgefäße und drey Griffel: die Frucht iſt ein einziger dreyeckichter Saame, welcher an den Ecken mit einem Randblatte beſetzt iſt. Die Wurzel iſt allein im Gebrauch. Ihre herrlichen Kräfte ſind jederzeit ſehr gerühmt worden. Sie iſt nicht nur purgierend, ſondern auch zugleich anziehend und ſtärkend. Daher dient ſie in Durchfällen und rothen Ruhren als das vortrefflichſte Mittel. Ihre Wirkung äußert ſich auch in den Urinwegen: denn ſie färbt den Urin ſehr gelb. Man giebt ſie in Subſtanz von einer halben bis ganzen Drachme; doch iſt es beſſer, ſie mit einem Mittelſalze zu verbinden, weil ſie ſehr quillt und alſo beſchwerlich zu nehmen iſt. In den Apotheken bereitet man eine Tinctur, ein Extract und einen Syrup, welcher bey Kindern gute Dienſte thut.

Rhabarbarum praecipue habitat in China, vnde in Perſiam, Ruſſiam aliasque Europae regiones adfertur. Radice gaudet perenni, longa et craſſa, extus obſcure rubra, intus vero flaua, ſtriis rubris intermixtis; ſaporis eſt ſubadſtringentis et amari. Flores calice deſtituuntur, ſuntque monopetali regulares, parui, campanulati, ſexfidi, ſtaminibus nouem ſtylisque tribus inſtructi; fructus eſt ſemen vnicum triquetrum, in angulis alatum. Radix ſola in vſum venit. Egregiae eius virtutes omni aeuo celebratiſſimae fuerunt. Non ſolum purgans, verum etiam adſtringens et roborans eſt. Quare in diarrhoeis et dyſenteriis optimum medicamentum deprehenditur. Effectus eius in viis vrinariis quoque conſpicui ſunt: vrinam enim flauo colore tingit. Datur in ſubſtantia a drachma ſemis vſque ad integram; melius tamen cum ſale quodam medio coniungitur, quoniam nimis magnum volumen efficit, ideoque minus commode ſumitur. Proſtant in pharmacopoeis tinctura, extractum atque Syrupus, qui infantibus optimum auxilium praeſtat.

XLVII.

Tab. XLV.

Pulmonaria. Lungenkraut.

Tab. XLVI.

Rhabarbarum. Rhabarbar.

Tab. XLVII.

Sigillum Salomonis. Weißwurz.

Tab. XLVIII.

Tilia. Lindenbaum.

## XLVII.

# SIGILLVM SALOMONIS.

Polygonatum Ludw. D. G. Edit. III. n. 178. Conuallaria Linn. Gen. Pl. Edit. V. n. 383.

Polygonatum latifolium vulgare. C. B. P. 303.

Polygonatum Matth. 678.

Polygonatum vulgo Sigillum Salomonis. I. B. III. 529.

Conuallaria foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus vnifloris. Linn. Sp. Pl. p. 315. n. 3.

Weißwurz. Franz. Sceau de Salomon. Engl. Salomon's-Seal. Niederl. Salomons-Segel. Ital. Ginocchietto.

An feuchten Orten und in Wäldern; blüht im May und Junio. Die Wurzel ist fingersdick, gegliedert und weiß. Die Blätter sind lang und äderig. Der Kelch fehlt; die Blüthe ist einblätterig ähnlich, röhrig, sechsspaltig, an einem vielblümigen Stiele. Die Frucht ist eine dreyzellige Beere, voll rundlicher Saamen. Man schreibt der Wurzel eine anziehende Kraft zu. Ihr Gebrauch aber ist vornehmlich äußerlich, in Entzündungen, Stockungen der Säfte und die Flecken der Haut zu vertreiben. Das Pulver dieser Wurzel mit Rosenwasser vermischt, ist ein gutes Schönheits-Mittel, wie Ettmüller sagt. Auf den Gliedern oder Knoten sieht man verschiedene Eindrücke, die einem Siegel ähnlich sind; daher ist diese Wurzel Salomons Siegel genannt worden. In den Apotheken findet man ein Weißwurzwasser.

Bey uns in Gärten, blüht im April. Es hat eine gerade und ein wenig dicke und zaserigte Wurzel. Die Blätter stehen auf langen Stielen und sind rundlich und wie ein Löffel hohl. Die vierblättrige ähnliche und weisse Blüthe sitzt auf einem vierblättrigen Kelche. Die Frucht ist eine kleine rundliche Schote, gemeiniglich mit viersaamigen Zellen. Diese Pflanze enthält ein häufiges flüchtiges Salz, und wird die zähen Säfte zu zertheilen, vornehmlich aber als ein specifikes Mittel wider den Scharbock gerühmt. In den Apotheken bereitet man ein destillirtes Löffelkrautwasser und einen Spiritus. Weil aber diejenigen Theile, in welchen die vornehmste Kraft dieser Pflanze besteht, sehr flüchtig sind und durchs Kochen leicht verlohren gehen, so scheinet der frisch ausgepreßte Saft am wirksamsten zu seyn.

In hortis noſtris floret Aprili. Radicem habet rectam, parum craſſam fibriſque obſitam. Folia petiolis longis adhaerent, ſubrotunda & cochlearis inſtar concava. Corolla tetrapetala regularis alba calici tetraphyllo inſiſtit. Fructus eſt ſilicula fere globoſa cum loculis plerumque tetraſpermis. Planta haec ſale volatili abundat, & ad humores viſcidos reſolvendos, imprimis autem tanquam remedium ſpecificum antiſcorbuticum commendatur. In officinis aqua deſtillata et ſpiritus Cochleariae paratur. Quoniam autem illae partes, in quibus praecipua vis huius plantae conſiſtit, admodum volatiles ſunt, & coctione facile evaneſcunt, ſuccus recens expreſſus efficacior eſſe videtur.

## CXXXIV.

# DICTAMNVS CRETICVS.

Dictamnus Ludw. D. G. Ed. III. n. 302. Origanum Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 645.

Dictamnus creticus C. B. Pin. 222.

Origanum foliis inferioribus tomentoſis, ſpicis nutantibus, Linn. Sp. Pl. p. 589. n. 2.

Cretiſcher Diptam. Franz. Dictame de Crete. Engl. Ditany of Creet. Niederl. Dictamnus uyt Kandie. Ital. Ditamno cretico.

Wächst in der Insel Creta auf dem Berge Ida, und wird bey uns in Gärten gehalten. Die Wurzel ist bleibend und treibt viele Stengel mit rundlichen wollichten Blättern. Der Kelch ist unten röhrig, oben in einen eyförmigen Abschnitt schief ausgeschnitten. Die einblättrigen unähnlichen Blumen stehen in schlaffen Aehren beysammen, mit dazwischen liegenden häutigten Blättern. Die frischen Blätter und Blumen haben einen aromatischen Geruch und Geschmack. Ihr vornehmster Gebrauch ist wider verstopfte Monatzeit und giftige Wunden.

In inſulae Cretae monte Jda creſcit et in hortis colitur. Radix perennis plures caules emittit cum foliis orbiculatis tomentoſis. Calix inferne tubuloſus, ſuperne in ſegmentum ovatum obtuſe reſectus eſt. Flores monopetali irregulares in ſpicas laxas digeſti ſunt, interpoſitis bracteis. Folia recentia et flores odorem et ſaporem aromaticum habent. Uſus eorum praecipuus eſt in obſtructionibus menſium et vulneribus venenatis.

## CXXXV.

# EVPHRASIA.

Euphraſia Ludw. D. G. Ed. III. n. 330. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 659.

Euphraſia Matth. 721.

Euphraſia officinarum C. B. Pin. 233.

Euphraſia foliis ovatis argute dentatis Linn. Sp. Pl. p. 604. n. 2.

Augentroſt. Franz. Eufraiſe. Engl. Eye-brigt. Niederl. Oogentrooſt. Ital. Eufraſia.

Auf feuchten Wiesen, blüht im Julio und August. Die Wurzel ist einfach, dünn, holzicht und weiß. Die Blätter sind drey bis vier Linien lang, dunkelgrün und fein gezähnt. Auf dem röhrigen vierspaltigen Kelche sitzt eine röhrige zweylippe Blüthe, de-

In pratis humidis, floret Julio & Auguſto. Radix eſt ſimplex, tenuis, lignoſa et alba. Folia tres vel quatuor lineas lata, obſcure viridia & dentata ſunt. Calici tubuloſo quadrifido inſidet corolla tubuloſa bilabiata, labio ſuperiori diviſo,

ren obere Lippe getheilt, die untere dreyspaltig ist. In der länglichen zweyzelligen Kapsel liegen kleine Saamen. Diese Pflanze wird für hauptstärkend und besonders den Augen dienlich gehalten. Man giebt das Pulver derer im Schatten getrockneten Blätter. Das destillirte Augentrostwasser hat wenig Kraft.

inferiori tripartito. In capsula oblonga biloculari semina exigua continentur. Haec planta cephalica & imprimis ophthalmica censetur. Propinatur pulvis foliorum in umbra siccatorum. Aqua destillata Euphrasiae parum efficaciae habet.

## CXXXVI.

# FRAGARIA.

Fragaria Ludw. D. G. Ed. III. n. 808. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 558.
Fragaria Matth. 721.
Fragaria vulgaris C. B. Pin. 326.
Fragaria flagellis reptans Linn. Sp. Pl. p. 494. n. 1.

**Erdbeerkraut.** **Franz.** Fraisier. **Engl.** Strawberry. **Niederl.** Aardbezien-kruyt. **Ital.** Fragaria.

Wächst allenthalben häufig und blüht im May. Es hat eine dauerhafte und mit vielen Zasern besetzte Wurzel. Die Stengel sind dünn und wollicht; einige davon tragen Blätter, andere Blumen. Die Blätter sind der Zahl nach drey, oben grün, unten weißlich. Die fünfblättrige ähnliche Blüthe sitzt auf einem einblättrigen zehnspaltigen Kelche. Auf dem fleischigten und saftvollen Grunde, der einer Beere ähnlich sieht, hängen viele kleine Saamen. Diese Frucht ist sehr wohlschmeckend, kühlend und ein wenig urintreibend. Die Wurzel und Blätter werden zu den eröffnenden, urintreibenden und gelind zusammenziehenden Mitteln gezählet.

Ubique copiose provenit et Majo floret. Radicem habet perennem & multis fibris praeditam. Caules sunt tennes atque villosi, quorum alii folia, alii flores ferunt. Folia sunt ternata, superne viridia, inferne candicantia. Corolla pentapetala regularis calici monophyllo decemfido insistit. Thalamo pulposo & succulento, quasi baccato, semina multa exigua adhaerent. Fructus hic grati saporis est, refrigerans et paulum diureticus. Radix et folia remediis aperientibus, diureticis & leniter adstringentibus annumerantur.

## CXXXVII. CXXXVIII.

# HELLEBORVS ALBVS.

Veratrum Ludw. D. G. Ed. III. n. 918. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 1013.
Helleborus albus, flore subviridi C. B. Pin. 186.
Veratrum racemo supra decomposito, corollis erectis Linn. Sp. Pl. p. 1044. n. 1.

**Weisse Nießwurz.** **Franz.** Ellebore blanc. **Engl.** white Hellebore. **Niederl.** wite Nieswortel. **Ital.** Elleboro bianco.

Wächst gern auf Bergen, nicht nur in den warmen Ländern, sondern auch in Deutschland und in der Schweiz, und blüht im Sommer. Die Wurzel ist länglich, bisweilen über einen Zoll dick, auswendig braun, inwendig weiß, mit vielen weißlichen Zasern besetzt. Die Blätter sind nervicht, gestreift, gleichsam gefaltet. Der Kelch fehlt; die Blüthe ist sechsblättrig, sternförmig; die Frucht besteht aus drey Kapseln mit länglichen und einem häutigten Rande umgebenen Saamen. Die Wurzel hat einen scharfen, bitterlichen etwas zusammenziehenden und widrigen Geschmak. Wegen ihrer heftigen purgierenden Wirkung wird sie in Substanz innerlich fast niemals gegeben; äusserlich erregt sie heftiges Niesen.

Montibus gaudet non solum in calidioribus regionibus, verum etiam in Germania & Helvetia, et floret aestate. Radix est oblonga, aliquando pollice crassior, foris fusca, intus alba, numerosis fibris albicantibus stipata. Folia sunt nervosa, striata, velut plicata. Calix nullus; corolla hexapetala, stellata; fructus tricapsularis, cum seminibus oblongis, ala membranacea cinctis. Radix est saporis acris, paulum amaricantis, subadstringentis & nauseosi. Ob violentum effectum purgantem, quem praestat, nunquam fere interne in substantia propinatur; externe vehementem sternutationem excitat.

Tab. CXXXVI.

Fragaria. Erdbeerkraut.

Tab. CXXXVII.

Helleborus albus. weisse Nießwurz.

Tab. CXXXVIII.

Folium Hellebori albi.

Blatt zur weissen Nießwurz.

Tab. CXXXIX.

Helleborus niger. schwarze Nießwurz.

Tab. CXL.

Hepatica nobilis. Edel Leberkraut.

## CXXXIX.

# HELLEBORUS NIGER.

Helleborus Ludw. D. G. Ed. III. n. 812. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 622.
Helleborus niger flore roſeo C. B. Pin. 186.
Helleborus ſcapo ſub-unifloro ſubnudo, foliis pedatis. Linn. Sp. Pl. p. 558. n. 2.

**Schwarze Nießwurz. Franz.** Ellebore noir. **Engl.** Black-Hellebore. **Niederl.** Swarte Nieswortel. **Ital.** Elleboro negro.

Wird in botaniſchen Gärten gefunden und blüht im Januar. Die Wurzel beſteht aus einem Knollen, aus welchem viele dünne und ſchwärzliche Zaſern kommen. Die Blätter ſind wie eine Hand ausgebreitet; der Kelch fehlt; die Blüthe iſt fünfblättrig ähnlich, mit fünf oder mehrern Saftgruben geziert, welche einblättrigen Blühmchen ähnlich ſind. Die Frucht beſteht aus zuſammengewachſenen häutigten Scheiden, welche oben aufſpringen und rundliche Saamen enthalten. Die dünnen Zaſern der Wurzel haben einen ſcharfen, bittern und widrigen Geſchmack; ſie purgieren ſtark, und vornehmlich nach der Alten Meinung die ſchwarze Galle, in der Raſerey und Melancholie. In den Officinen hat man **Wedels** Stahltinctur mit Nießwurzel und das ſchwarze Nießwurz-Extract mit Maſtix.

In hortis botanicis invenitur floretque Januario. Radix ex uno capite conſtat, ex quo fibrae plures tenues et nigricantes prodeunt. Folia ſunt palmata; calix nullus; corolla pentapetala regularis, nectariis quinque vel pluribus, floſculis monopetalis ſimilibus, ornata eſt. Fructus ex vaginis membranaceis connatis, ſuperne dehiſcentibus conſtat, & ſemina ſubrotunda continet. Radicis fibrae tenues ſaporem habent acrem, amarum et nauſeoſum, inſigniter purgant, et praeſertim ſecundum veterum mentem, atram bilem evacuant, in mania & melancholia. In officinis proſtant Tinctura martis helleborata *Wedelii*, & Extractum Hellebori nigri maſtichinum.

## CXL.

# HEPATICA NOBILIS.

Hepatica Ludw. D. G. Ed. III. n. 945. Anemone Linn. G. Pl. Ed. V. n. 614.
Trinitas Matth.
Trifolium hepaticum, flore ſimplici coeruleo. C. B. Pin. 339.
Anemone foliis trilobis integerrimis Linn. Sp. Pl. p. 538. n. 1.

**Edel Leberkraut, oder Güldenklee. Franz.** belle Hepatique. **Engl.** noble Liverwort. **Niederl.** edel Lever-kruyt. **Ital.** Hepatica nobile.

Wird in Gärten gehalten und blüht im Winter und Frühling. Die Wurzel iſt ein wenig dick, in viele Knoten getheilt, die mit unzähligen verſchiedentlich in einander geflochtenen Zaſern beſetzt ſind. Aus jedem Knoten kommen alle Jahr erſtlich Blumen, hernach Blätter zum Vorſchein, die auf langen Stielen ſitzen und in drey Einſchnitte, aber nicht bis auf den Stiel getheilt ſind. Die Blumenſtengel ſind kürzer als die Blätterſtiele. Die Blumen ſelbſt beſtehen aus ſechs bis acht Blättern, die von einem dreyblättrigen Kelch umfaßt werden; die Saamen ſitzen auf einem wollichten Grunde. Die Blätter werden von den neuern Aerzten unter die Wundmittel gezählet; ſie ziehen zuſammen und dienen daher in allen Krankheiten, die von Erſchlaffung der Faſern herrühren.

In hortis colitur, hyeme et vere floret. Radix eſt paululum craſſa, in multa tubercula diviſa, quae copioſiſſimis et diverſimode implicatis fibris obvolvuntur. Ex ſingulis nodis quotannis prodeunt primo flores, deinde folia, petiolis longis adhaerentia & in tres lobos, non tamen ad petiolum uſque, diviſa. Pedunculi florum breviores ſunt foliorum petiolis. Flores ipſi ex ſex vel octo petalis, calice triphyllo cinctis, conſtant; ſemina thalamo villoſo accreta ſunt. Folia huius plantae a recentioribus medicis inter vulneraria cenſentur; adſtringunt, ideoque in omnibus morbis conveniunt, qui a laxitate fibrarum oriuntur.

## CXLI.

# LENS.

Lens Ludw. D. G. Ed. III. n. 621. Cicer Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 783.
Lens Matth. 340.
Lens vulgaris C. B. Pin. 346.
Ervum seminibus compressis convexis Linn. Sp. Pl. p. 738. n. 1.

**Linse. Franz.** Lentille. **Engl.** Lentils. **Niederl.** Linse. **Ital.** Lente.

Wird auf den Feldern gesäet und blüht im Sommer. Aus der dünnen Wurzel kömmt ein auf der Erde liegender Stengel mit vielen Zweigen. Die Blätter sind geflügelt und ihre Ribbe endigt sich in ein Gäbelchen. Der Kelch ist tief fünfspaltig, die Blüthe vierblättrig unähnlich; die Frucht ist eine kurze gedrückte Schote mit rundlichen und auf beyden Seiten erhabenen Saamen. Diese werden Linsen genennt; sie sind blähend und schwer zu verdauen. Ihre Arzneykräfte sind also sehr geringe. Avicenna, Mercurialis und andre Aerzte preisen das Linsendecoct sehr zur Cur der Pocken und Masern an. Allein sie sind in Ansehung der Zeit, wenn man dieses Decoct geben soll, nicht einig.

In agris seritur et aestate floret. Ex radice tenui caulis repens ramosus egreditur. Folia pinnata sunt eorumque costa cirrho terminatur. Calix profunde quinquefidus, corolla tetrapetala irregularis; fructus est legumen breve, compressum, cum seminibus orbiculatis, utrinque convexis. Semina haec lentes vocantur; flatus gignunt et difficilis digestionis sunt. Vires eorum medicatae itaque admodum exiguae sunt. *Avicenna*, *Mercurialis* & alli medici decoctum Lentium in curatione variolarum et morbillorum valde commendant. Sed ratione temporis, quo decoctum hoc propinari debet, non consentiunt.

## CXLII.

# LINNAEA.

Linnaea Ludw. D. G. Ed. III. n. 30. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 692.
Campanula serpillifolia, C. B. Pin. 93.
Linnaea floribus geminatis Linn. Sp. Pl. p. 631. n. 1.

Wächst in Schweden, Siberien und in der Schweiz in Wäldern. Die Blätter sind dem Quendel ähnlich, aber breiter. Der Kelch ist fünfspaltig und steht auf dem Eyerstocke; die Blüthe einblätterig ähnlich, halbfünfspaltig. Die Frucht ist eine zweyzellige Kapsel, die mit vier Blättchen umgeben ist und rundliche Saamen enthält. Obgleich diese Pflanze bisher in unsern Apotheken noch nicht im Gebrauch gewesen, so versichert doch der berühmte Linnäus in seiner Materia medica, pag. 111. daß dieselbe in Schweden, wo sie häufig wächst, durch die gemeine Erfahrung von vortrefflichem Nutzen befunden worden sey. Sie besitzt eine verdünnende und urintreibende Kraft und dienet besonders wider rheumatische Schmerzen.

Habitat in Sueciae, Sibiriae et Helvetiae sylvis. Folia Serpillo similia, sed latiora, sunt. Calix quinquefidus, ovario insistens; corolla monopetala regularis, semiquinquefida. Fructus est capsula bilocularis, quatuor foliolis cincta et semina subrotunda continens. Quamquam planta haec in nostris pharmacopoeis hactenus officinalis non fuit, illustris tamen *Linnaeus* in Materia medica p. 111. asserit, eam in Suecia, ubi copiose provenit, ipsius vulgi experientia eximii usus deprehensam esse. Vim habet diluentem atque diureticam, et praecipue in doloribus rheumaticis prodest.

Tab. CXLI.

Lens. Linſe.

Tab. CXLII.

Linnaea. Linnäa.

Tab. CXLIII.

Linum vulgare. gemeiner Flachs.

Tab. CXLIV.

Linum catharticum. Purgierflachs.

## CXLIII.

# LINVM VVLGARE.

Linum Ludw. D. G. Ed. III. n. 719. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 349.
Linum ſativum Matth. 333.
Linum arvenſe C. B. Pin. 214.
Linum calicibus capſuliſque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario Linn. Sp. Pl. p. 277. n. 1.

**Gemeiner Flachs oder Lein.** **Franz.** Lin commun. **Engl.** Flax. **Niederl.** Vlas. **Ital.** Lino.

Wird auf den Feldern geſäet und blüht nach Verſchiedenheit der Ausſaat zu verſchiedner Zeit. Die Wurzel iſt dünn und mit wenig Zaſern verſehen. Die Blätter ſind zugeſpitzt, ſchmal, weich und ſtehen ohne Ordnung an dem Stengel. Die Blumen wachſen zu oberſt der Stengel und beſtehen aus fünf ähnlichen Blättern und einem einblättrigen, tief fünfſpaltigen und bleibenden Kelche. Die runde zehnzellige Kapſel enthält eyförmig platte und glänzende Saamen. Dieſe braucht man vornehmlich in der Medicin; ſie geben, wenn ſie im Waſſer macerirt werden, ſehr viel Schleim, wovon ihre lindernde und erweichende Kraft herkömmt. Man braucht das Decoct davon innerlich, und äuſſerlich zu Clyſticren. Das Leinſaamen-Mehl löſet kräftig auf und erweicht. Das Oel welches aus dieſen Saamen gepreßt wird, preiſet man als ein beſonders Mittel wider das Seitenſtechen.

In agris ſeritur et pro diverſo ſationis tempore floret. Radix eſt tenuis, paucis fibris praedita. Folia ſunt acuminata, anguſta, mollia et cauli inordinate adhaerent. Flores in ſummitate caulium naſcuntur, petalis quinque regularibus et calice monophyllo, profunde quinquefido ac perſiſtente conſtant. Capſula globoſa decemlocularis ſemina ovato-plana & ſplendentia includit. Semina haec in Medicina praecipue uſurpantur; ſi in aqua macerantur, multam mucilaginem praebent, a qua virtus eorum leniens ac emolliens pendet. Decoctum illorum interne & externe in clyſmatibus adhibetur. Farina ſeminum lini potenter reſolvit & emollit. Oleum quod ex ſeminibus hiſce exprimitur, tanquam praecipuum remedium contra pleuritidem commendatur.

## CXLIV.

# LINVM CATARTICVM.

Linum pratenſe floſculis exiguis C. B. Pin. 214.
Linum catarcticum Rupp. Flor. Jen. 105.
Linum foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. Linn. Sp. Pl. p. 281. n. 17.

**Purgierflachs.** **Franz.** Lin ſauvage purgatif. **Engl.** Purging Flax. **Niederl.** Wild Vlas. **Ital.** Lino catartico.

Auf bergichten Wieſen und unter dem Graſe, hat eine dünne, weiſſe, holzichte und mit einigen Zaſern beſetzte Wurzel. Die unterſten Blätter haben eine ſtumpfe Spitze, die oberſten ſind einen halben Zoll lang und ohne Stiele. Die Blumen ſitzen auf langen und zarten Stielen und beſtehen aus fünf ähnlichen weiſſen Blättern und einem fünfblättrigen Kelche, die Saamenkapſeln ſind den vorhergehenden ähnlich, aber kleiner. Man gießt weiſſen Wein auf eine Handvoll von der ganzen Pflanze und läßt es eine Nacht über heiſſer Aſche ſtehen und nimmt es alsdann ein. Es purgiert ſehr heftig und erregt zuweilen Brechen.

In pratis montoſis & inter gramina, radicem habet tenuem, albam, lignoſam, quibuſdam fibris obſitam. Folia in inferiora obtuſe acuminata, inferiora pollicem dimidium longa & ſine petiolis ſunt. Flores pedunculis longis tenuibuſque inſident, petalis quinque regularibus & calice pentaphyllo conſtantes. Capſulae ſeminales praecedentibus ſimiles, ſed minores, ſunt. Manipulo totius plantae vinum album ſuperaffunditur et cineribus calidis per noctem imponitur. Purgat vehementer & interdum vomitum excitat.

## CXLV.

# MARRVBIVM ALBVM.

Marrubium Ludw. D. G. Ed. III. n. 294. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 640.
Marrubium Matth. 604.
Marrubium album vulgare C. B. Pin. 230.
Marrubium dentibus calycinis ſetaceis uncinatis Linn. Sp. Pl. p. 583. n. 5.

Weiſſer Andorn. Franz. Marrube blanc. Engl. white Hore-hound. Niederl. witte Andorem. Ital. Marrubio bianco.

An den Zäunen auf trocknem Boden, blüht im Sommer, hat eine holzichte und mit vielen Zaſern beſetzte Wurzel. Die Blätter ſtehen an jedem Knoten des Stengels einander gegen über und ſind weißlich, am Rande gezackt. Die Blumen wachſen um jeden Knoten in kleinen Wirbeln auf keinen oder ſehr kurzen Stielen; ſie ſind einblättrig unähnlich, ſehr klein und ſtehen auf einem röhrigen, geſtreiften und zehnzähnigen zurückgeboginen Kelche, in welchem vier längliche Saamen zurückbleiben. Die ganze Pflanze hat einen ſtarken und unangenehmen Geruch; ſie befördert die Monatzeit und löſet die ſchleimigten Säfte kräftig auf. Man braucht die Blätter und Blumen in Decocten oder mit weiſſem Wein aufgegoſſen.

Ad ſepes et in ſolo ſicciori, aeſtate floret; radicem habet lignoſam, multis fibris obſitam. Folia ad ſingulos nodos caulis egrediuntur, oppoſita, albicantia, in margine crenata. Flores circa nodos verticillatim naſcuntur, pedunculis brevibus vel nullis inſiſtentes; monopetali irregulares, exigui, & calici tubulato, ſtriato dentibuſque decem reflexis praedito inſiſtunt, in quo ſemina quatuor oblonga remanent. Tota planta odorem fortem & ingratum ſpirat; menſes provocat ac humores viſcoſos efficacicer reſolvit. In vſu ſunt folia & flores, in decoctis vel infuſis vinoſis.

## CXLVI.

# MATRISILVA.

Rubeola Ludw. D. G. Ed. III. n. 14. Aſperula Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 113.
Matriſylva Trag. 496. Hepatica ſtellata, Tabern. Icon. 816.
Aſperula ſive Rubeola montana odorata C. B. Pin. 334.
Aſperula foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis Linn. Sp. Pl. p. 103. n. 1.

Waldmeiſter, oder Sternleberkraut. Franz. petit Muguet. Engl. Woodroof. Niederl. Walmeeſter. Ital. Madre di ſelve.

In ſchattigten Orten und Wäldern, blüht im Sommer. Die Wurzel iſt dünn, knoticht, zaſerig und kriechend. Die Blätter ſtehen bey jedem Knoten, ſechs, ſieben bis acht an der Zahl, breiter als die am Klebkraute. Die Blumen wachſen auf den oberſten Stengeln, und ſind einblättrig ähnlich, trichterförmig, vierſpaltig, mit einem dreyblättrigen Kelche umgeben: es bleiben zween längliche und zuſammengewachſene Saamen zurück. Die Kräfte dieſer Pflanze ſind verdünnend, zertheilend und gelind zuſamenziehend. Daher dienet ſie in Verſtopfungen der Leber, der Milz und des Gekröſes.

In locis umbroſis et ſylvis, floret aeſtate. Radix eſt tenuis, nodoſa, fibris praedita et repens. Folia ſingulis nodis adhaerent, numero ſex, ſeptem uſque ad octo, latiora quam in Aparine. Flores in ſummitate caulium proveniunt, monopetali regulares, infundibuliformes, quinquefidi, calice triphyllo cincti: ſemina duo oblonga et connata remanent. Vires huius plantae ſunt attenuantes, reſolventes leniterque adſtringentes. Unde in obſtructione hepatis, lienis & meſenterii convenit.

CXLVII.

Tab. CXLV.

Marrubium album. weiſſer Andorn.

Tab. CXLVI.

Matrisilua. Waldmeister.

Tab. CXLVII.

Milium Solis. Meerhirſe.



Tab. CXLVIII.

Nummularia. Pfennigkraut.

## CXLVII.

# MILIVM SOLIS.

Lithoſpermum Ludw. D. G. Ed. III. n. 63. Linn. G. Pl. Ed. V. n. 166.
Lithoſpermum maius erectum C. B. Pin. 258.
Milium ſoler Mauritanis, quod in montibus Soler frequens naſcatur, *Serapionis.*
Lithoſpermum ſeminibus laevibus, corollis calicem vix ſuperantibus, foliis lanceolatis Linn. Sp. Pl. p. 132. n. 1.

Meerhirſe. Franz. Gremil, herbe aux perles. Engl. Gromwell. Niederl. Paarl-kruyt. Ital. Lithoſpermo.

An den Rändern der Aecker und in Gärten, blüht im May und Junio. Die holzigte und zaſerige Wurzel treibt viele Stengel, die mit häufigen Blättern beſetzt ſind, ohne Stiele. Der Kelch iſt tief fünfſpaltig; die Blüthe einblätterig ähnlich, trichterförmig, mit einem fünfſpaltigen Rande. Im Kelche bleiben vier rundliche, glatte und ſehr harte Saamen zurück. Dieſe werden für ein vortrefflich urintreibendes und gelindes ſchmerzſtillendes Mittel gehalten. Man braucht ſie mit Malvaſierwein oder auch in Emulſionen wider den Nieren- und Blaſenſtein.

In agrorum marginibus et hortis, Maio et Junio floret. Radix lignoſa fibriſque obſita caules numeroſos protrudit, foliis copioſis praeditos, ſine petiolis. Calix eſt profunde quinquefidus; corolla monopetala regularis, limbo quinquefido. In calice ſemina quatuor polita et duriſſima remanent. Haec pro remedio diuretico eximio ac leni anodyno habentur. Uſurpantur cum vino malvatico et in emulſionibus contra calculum renum et veſicae.

## CXLVIII.

# NVMMVLARIA.

Lyſimachia Ludw. D. G. Ed. III. n. 70. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 188.
Nummularia Matth. 716.
Nummularia maior lutea C. B. Pin. 309.
Lyſimachia foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. Linn. Sp. Pl. p. 148. n. 10.

Pfennigkraut. Franz. Herbe aux Ecus, Nummulaire. Engl. Money-wort. Niederl. Pfenning-kruyt. Ital. Nummularia.

An feuchten Orten, blüht im Junio und Julio. Aus der dünnen und zaſerigen Wurzel kommen viele kriechende Stengel mit entgegengeſetzten rundlichen Blättern, aus deren Winkeln einblättrige ähnliche fünfſpaltige Blumen mit einem bleibenden fünfſpaltigen Kelche entſpringen. Die Frucht iſt eine rundliche einzellige Kapſel, welche oben aufſpringt und viele rundliche Saamen enthält. Die Blätter des Pfennigkrauts ſind zuſammenziehend und in Wunden dienlich: man rühmt ſie im Scorbut und in Darmbrüchen.

In locis humidis, Junio et Julio floret. Ex radice tenui et fibroſa caules multi repentes exeunt cum foliis oppoſitis ſubrotundis, ex quorum angulis flores monopetali regulares quinquefidi, calice perſiſtente quinquefido cincti, oriuntur. Fructus eſt capſula globoſa, ſuperne dehiſcens, ſeminibus plurimis ſubrotundis foeta. Folia Nummulariae adſtringentem & vulnerariam virtutem praeſtant: commendantur in ſcorbuto et in herniis.

## CXLIX.

# VERBENA.

Verbena Ludw. D. G. Ed. III. n. 304. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 30.
Verbenaca Matth. 742.
Verbena communis flore coeruleo C. B. Pin. 269.
Verbena tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario, Linn. Sp. Pl. n. 20. n. 13.

Eiſenkraut. Franz. Vervene. Engl. Vervain. Niederl. Yzer-kruyt. Ital. Verbena.

An den Zäunen und Wegen, blüht im Julio und Auguſt. Die Wurzel iſt länglich, mit einigen Zaſern beſetzt, weißlich. Sie treibt viereckichte, harte, zweigichte und braune Stengel. Die Blätter ſind tief eingeſchnitten, einander entgegen geſetzt. Die Blumen wachſen in langen und zarten Aehren und beſtehen aus einem kurzen gezähnten Kelche und einem einblättrigen unähnlichen halbfünfſpaltigen Kranze. Im Kelche bleiben vier längliche Saamen zurück. Man braucht die Wurzel und Blätter als heilſame Wundmittel. Das deſtillirte Eiſenkrautwaſſer wird gemeiniglich zu Verhütung der unzeitigen Geburt angerathen. Man glaubt auch, daß das Decoct der ganzen Pflanze in Milch, die Ammenmilch ſehr vermehre.

Ad ſepes et vias, Julio et Auguſto floret. Radix eſt oblonga, nonnullis fibris praedita, albicans. Caules protrudit quadrangulos, duros, ramoſos et fuſcos. Folia profunde inciſa et oppoſita ſunt. Flores in ſpicis longis tenuibusque naſcuntur, ex calice brevi dentato et corolla monopetala irregulari ſemiquefida compoſiti. In calice ſemina quatuor oblonga remanent. In uſum vocantur radix et folia, tanquam remedia vulneraria eximia. Aqua Verbenae deſtillata ad abortum praecavendum vulgo commendatur. Credunt quoque, decoctum totius plantae cum lacte, nutricum lac inſigniter augere.

## CL.

# VIRGA AVREA.

Solidago Ludw. D. G. Ed. III. n. 459. Linn. G. Pl. Ed. V. n. 859.
Virga aurea ſerratis foliis Matth. 712.
Virga aurea latifolia ſerrata C. B. Pin. 268.
Solidago caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis Linn. Sp. Pl. p. 880. n. 9.

Gülden Wundkraut. Franz. Verge dorée. Engl. Golden Red. Niederl. Gulden Wondkruyt.

In Wäldern und auf Wieſen, blüht im Auguſt. Die Wurzel iſt lang, ſchief und zaſerig. Sie treibt einen drey Fuß hohen Stengel. Die untern Blätter ſind lang, breit und geſägt, die obern gemeiniglich ganz; Die Blumen ſtehen oben an den Stengeln auf ſchuppichten Kelchen, und ſind zuſammengeſetzt vermiſcht, in der Scheibe röhrig fünfſpaltig, am Rande zungenförmig. Auf dem bloſſen Grunde ſitzen Federſaamen. Dieſe Pflanze hat einen bittern und zuſammenziehenden Geſchmack; ſie wird für ein vortreffliches Wundmittel gehalten; ſie treibt auch den Urin und zermalmt den Stein.

In ſylvis et pratis, Auguſto floret. Radix eſt longa, obliqua et fibroſa. Caulem protrudit trium pedum altitudine. Folia inferiora longa, lata et ſerrata ſunt, ſuperiora plerumque integra. Flores in ſummitate caulium naſcuntur, calicibus imbricatis praediti, compoſiti mixti, in diſco tubuloſi quinquefidi, in radio lingulati. Thalamo nudo ſemina pappoſa inſident. Planta haec ſapore gaudet amaro & adſtringente; vulneraria egregia cenſetur, eſtque diuretica et lithontriptica.

Tab. CXLIX.

Verbena. Eiſenkraut.

Tab. CL.

Virga aurea. gülden Wundkraut.

Tab. CLI.

Alkekengi. Judenkirſchen.

Tab. CLII.

Aristolochia fabacea. falsche runde Hohlwurz.

Tab. CLIII.

Artemisia. Beyfuß.

## CLI.

# ALKEKENGI.

Alkekengi, Ludw. D. G. Ed. III. n. 127. Physalis Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 223.
Solanum veficarium, C. B. Pin. 166.
Physalis foliis geminis, Linn. Sp. Pl. p. 183. n. 5.

Judenkirschen. Franz. Alkekenge, Coquerelle. Engl. Winter-Cherry. Niederl. Kriekjes van over Zee. Ital. Alkekenghi.

Wird in den Gärten gefunden, und blühet im Junio. Die Wurzel ist knoticht, mit dünnen Zasern besetzt. Die Blätter sind breit, und stehen auf braunrothen Stielen. Der Kelch ist glockenförmig, fünfspaltig; die Blüthe einblättrig ähnlich, in fünf Ausschnitte getheilt; die fleischige, runde, zweyzellige Frucht enthält viele Saamen, und wird von dem erweiterten Kelche umgeben. Man braucht die Blätter und Beeren, welche einen säuerlichen Geschmack und eine urintreibende und kühlende Kraft haben, und wider die Gicht- und Steinschmerzen gerühmt werden.

In hortis invenitur, floretque Iunio. Radix est tuberosa, fibris capillaribus praedita. Folia lata petiolis obscure rubentibus insistunt. Calix est campaniformis, quinquefidus; corolla monopetala regularis, in lacinias quinque divisa; fructus pulposus, rotundus, bilocularis, semina plura continet, et calice ampliato comprehenditur. In usu sunt folia et baccae, quae saporem acidum et virtutem diureticam et refrigerantem habent, atque contra arthritidem et dolores a calculo commendantur.

## CLII.

# ARISTOLOCHIA FABACEA.

Fumaria, Ludw. D. G. Ed. III. n. 609. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 760.
Fumaria bulbosa, radice non cava, maior, C. B. Pin. 143.
Fumaria altera Matth. 807.
Fumaria caule simplici, bracteis longitudine florum, Linn. Sp. Pl. p. 699. n. 3.

Falsche runde Hohlwurz. Franz. Fausse Aristoloche ronde. Engl. great Hollow-Root. Niederl. Hollwortel. Ital. Fumaria bulbosa.

Auf den Feldern und in Gärten, blühet im April. Die Wurzel ist zwiebelartig; die Blätter sind tief eingeschnitten; die Blüthe ist vierblättrig unähnlich; die Frucht ist eine längliche Schote mit glänzenden Saamen. Die Wurzel ist bitter, scharf und ein wenig zusammenziehend, und wird besonders zu Beförderung der Monathszeit gerühmet. In den Apotheken pflegt sie oft fälschlich an statt der wahren runden Hohlwurzel gebraucht zu werden

In agris et hortis, floret Aprili. Radix est bulbosa; folia profunde incisa sunt; corolla tetrapetala irregularis; fructus est siliqua oblonga, seminibus splendentibus foeta. Radix est amara, acris et leniter adstringens, praecipueque ad ciendos menses laudatur. In officinis saepe Aristolochiae rotundae verae perperam substitui solet.

## CLIII.

# ARTEMISIA.

Artemisia, Ludw. D. G. Ed. III. n. 389. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 849.
Artemisia vulgaris maior, C. B. Pin. 137.
Artemisia Matth. 617.
Artemisia foliis pinnatifidis planis incisis, subtus tomentosis, racemis simplicibus, floribus ovatis, radio quinquefloro, Linn. Sp. Pl. p. 848. n. 13.

Beyfuß. Franz. Armoise. Engl. Mugwort. Niederl. Byvoet. Ital. Artemisia.

Wächst an dürren und steinigten Orten, und blüht im August. Aus der holzigten Wurzel erhebt sich ein langer Stengel mit tief eingeschnittenen und unten wollichten Blättern. Die Blüthe ist zusammengesetzt röhrig; der Kelch länglich, schuppicht; der Grund bloß. Diese Pflanze ist bitter, magenstärkend, und dienet wider die Wechselfieber und verstopfte Monathszeit. Die Wolle der Blätter ist die deutsche *Moxa:* in den Apotheken bereitet man einen Syrup, ein Extract, ein Salz, ein Wasser und destillirtes Oel.

In locis aridis et saxosis crescit, floretque Augusto. Ex radice lignosa caulis ascendit cum foliis, profunde incisis, subtus tomentosis. Corolla est composita tubulosa; calix oblongus, imbricatus; thalamus nudus. Planta haec amara et carminativa est, febribusque intermittentibus et mensium suppressioni medetur. Lanugo foliorum est *Moxa* Germanorum: in officinis paratur syrupus, extractum, sal, aqua et oleum destillatum.

## CLIV.

# AVRICVLA MVRIS.

Hieracium, Ludw. D. G. Ed. III. n. 436. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 818.

Pilosella maior repens hirsuta, C. B. Pin. 262.

Hieracium foliis integerrimis ovatis, caule repente, scapo unifloro, Linn. Sp. Pl. p. 800. n. 5.

Maußöhrchen. Franz. Oreille de souris. Engl. Mouse-ear. Niederl. Muysen-Oor.

Wächst häufig auf trocknen Wiesen, und blühet im Junio und Julio; hat eine zaserige Wurzel, und längliche, unten weißliche, auf der Erde liegende Blätter. Die Stengel sind einfach, und tragen oben zusammen gesetzte zungenförmige Blühmchen: auf dem bloßen Kelche sitzen kurze Federsaamen. Die Blätter haben einen bittern Geschmack, und eine zusammenziehende Kraft; sie werden daher in Wunden, Durchfällen u. wider die Krätze gebraucht.

Frequens nascitur in pratis siccioribus, et Iunio Iulioque floret; radicem habet fibrosam, foliaque oblonga, subtus albicantia et terrae incumbentia. Caules simplices in summitate floscu-los compositos lingulatos gerunt: thalamo nudo semina brevia papposa insistunt. Folia saporem amarum et virtutem adstringentem habent, ideoque in vulneribus, diarrhoeis et contra scabiem usurpantur.

## CLV.

# CHAMOMILLA ROMANA.

Chamaemelum, Ludw. D. G. Ed. III. n. 464. Matricaria, Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 867.

Chamaemelum nobile sive Leucanthemum odoratius, C. B. Pin. 135.

Matricaria receptaculis conicis, radiis deflexis, seminibus nudis, squamis calycinis margine aequalibus, Linn. Sp. Pl. p. 891. n. 5.

Römische Chamillen. Franz. Chamomille romaine. Engl. double Camomile. Niederl. Roomse Camillen. Ital. Camomilla Romana.

Wird in Gärten gefunden, und blühet im Junio. Die Wurzel ist dünne und zaserig; die Blätter sind zart eingeschnitten; der Kelch ist halbkugelrund, die Blüthe zusammengesetzt vermischt; die Blümchen in der Mitte sind röhrig fünfspaltig, die am Rande zungenförmig; die Saamen länglich und bloß. Die Blätter und Blumen sind von einem vortreflichen Gebrauche; sie erweichen, treiben die Blähungen, und lindern die Colikschmerzen: man braucht sie auch überdieß zu Bädern und Clystiren.

In hortis invenitur, et Iunio floret. Radix est tenuis, fibrosa; folia sunt tenuiter inciśa; calix est hemisphaericus; corolla composita mixta; flosculi in disco sunt tubulosi quinquefidi, in radio lingulati; semina oblonga nuda. Folia et flores eximium usum praestant; emolliunt, flatus pellunt et dolores colicos mitigant: in balneis et clysmatibus praeterea adhibentur.

CLVI.

Tab. CLIV.

Auricula muris. Maußöhrchen.

Tab. CLV.

Camomilla romana. römiſche Camille.

Tab. CLVI.

Carui. Kümmel.

Tab. CLVII.

Cheiri. gelbe Veilchen.



Tab. CLVIII.

Datura. Stechapfel.



## CLVI.

# CARVI.

Carum, Ludw. D. G. Ed. III. n. 854. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 327.
Carum, Matth. 553.
Cuminum pratenſe, Carvi officinarum, C. B. Pin. 158.

Wieſenkümmel oder Karbe. Franz. Carvi. Engl. Cararrey. Niederl. Sayckerpeen. Ital. Carvo.

Auf trocknen Wieſen, blüht im Junio. Die Wurzel iſt lang, dick, mit Zaſern beſetzt; die Blätter ſind zart eingeſchnitten; die Blumen fünfblättrig, ſchirmförmig; die Saamen länglich und geſtreift. Dieſe gehören unter die vier gröſſern erwärmenden Saamen, die den Magen ſtärken, und die Blähungen treiben. In den Apotheken wird ein Waſſer und Oel daraus bereitet.

In pratis ſiccioribus, Iunio floret. Radix eſt longa, craſſa, fibris praedita; folia tenuiter inciſa ſunt; flores pentapetali, vmbellati; ſemina oblonga, ſtriata. Haec inter ſemina quatuor calida maiora pertinent, quae carminativa ſunt et flatus diſcutiunt. In officinis aqua et oleum ex illis parantur.

## CLVII.

# CHEIRI.

Cheiranthus, Ludw. D. G. Ed. III. n. 537. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 730.
Leucoium luteum vulgare, C. B. Pin. 202.
Cheiranthus foliis lanceolatis acutis glabris, Linn. Sp. Pl. p. 661. n. 2.

gelbe Veilchen. Franz. Giroflée jaune. Engl. Wall-Flower. Niederl. geele Viole. Ital. Viola gialla.

Wird in Gärten gefunden, und blühet im April, hat eine dünne weißliche Wurzel und lanzenförmige zugeſpitzte Blätter. Die vierblättrige ähnliche Blüthe wird von einem vierblättrigen Kelche umgeben; die Frucht iſt eine lange zuſammengedrückte Schote mit geränderten Saamen. Die Blumen haben einen angenehmen Geruch und bittern Geſchmack. Sie treiben die Monathszeit und die Reinigung nach der Geburt; man hält ſie auch für herz- und nervenſtärkend. In den Apotheken wird ein Waſſer, Syrup und Oel daraus bereitet.

In hortis invenitur, et Aprili floret, radicem habet tenuem albicantem et folia lanceolata acuta. Corolla tetrapetala regularis calice tetraphyllo cingitur; fructus eſt ſiliqua longa compreſſa, ſemina marginata continens. Flores odorem gratum ſpirant et ſaporem amarum habent. Fluxum menſtruum et lochia promovent; virtus cardiaca et nervina illis quoque tribuitur. In officinis parantur inde aqua, ſyrupus et oleum.

## CLVIII.

# DATURA.

Stramonium, Ludw. D. G. Ed. III. n. 89.
Datura, Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 218.
Solanum pomo ſpinoſo rotundo, longo flore, C. B. Pin. 168.
Datura pericarpiis ſpinoſis erectis globoſis, Linn. Sp. Pl. p. 179. n. 2.

Stechapfel. Franz. Pomme epineuſe. Engl. Thorn-Apple. Niederl. Doorn-Appel van Peru. Ital. Datura.

In Gärten, blühet im Junio. Die Wurzel ist holzig und zaserig. Die Blätter sind groß, eckicht, zugespitzt. Auf dem einblättrigen, röhrigen und fünfzähnigen Kelche sitzt eine einblättrige ähnliche trichterförmige Blüthe; die Frucht ist eine vierklappige, zweyzellige und stachlichte Kapsel mit nierenförmigen Saamen. Diese sind narkotisch, und müssen, wie überhaupt die ganze Pflanze, wegen ihrer tollmachenden Kraft, als ein Gift vermieden werden.

In hortis, floret Iunio. Radix est lignosa et fibrosa; folia sunt ampla, angulata, acuminata. Calici monophyllo, tubuloso, quinquedentato insistit corolla monopetala regularis infundibuliformis; fructus est capsula quadrivalvis, bilocularis, spinosa, seminibus reniformibus foeta. Haec narcotica sunt et uti tota planta, propter vim stupefacientem, ut venenum, vitari debent.

## CLIX.

# FABA.

Faba, Ludw. D. G. Ed. III. n. 629. Vicia, Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 782.

Faba, Matth. 336. C. B. Pin. 338.

Vicia caule erecto, petiolis absque cirrhis, Linn. Sp. Pl. p. 737. n. 17.

Saubohne. Franz. Feve. Engl. Bean. Niederl. Beere-Boonen. Ital. Fava.

Wird in Gärten und Feldern gesäet, und blühet im Junio. Die Wurzel ist dick und holzigt; die Blätter sind länglich und breit. Die vierblättrige unähnliche Blüthe sitzt auf einem röhrigen halbfünfspaltigen Kelche; die Frucht ist eine schwammichte Schote mit eyförmigen und gedrückten Saamen. Von den Blumen wird ein Wasser abgezogen. Die Saamen geben ein Mehl, welches zu den vier erweichenden Mehlen gerechnet wird. Die Asche der verbrannten Stiele wird wider verhärtete Drüsen gerühmt, und das ausgelaugte Salz hat eine zertheilende Kraft.

In hortis agrisque colitur, Iunioque floret. Radix est crassa lignosa; folia sunt oblonga, lata. Corolla tetrapetala irregularis calici tubuloso semiquinquefido insistit; fructus est legumen fungosum cum seminibus ouatis compressis. Ex floribus aqua destillatur. Semina farinam praebent, quae inter farinas quatuor emollientes recensetur. Cineres stipitum combustorum contra glandularum tumores commendantur, et sal inde paratus vim resolventem habet.

## CLX.

# FOENUM GRAECUM.

Foenum graecum, Ludw. D. G. Ed. III. n. 614. Trigonella, Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 804.

Foenum graecum sativum, C. B. Pin. 348.

Trigonella leguminibus sessilibus strictis erectiusculis subfalcatis acuminatis, Linn. Sp. Pl. p. 777. n. 6.

Bockshorn. Franz. Foenugrec. Engl. Fenugreck. Niederl. Fyne Grieck. Ital. Fenugreco.

Wird in Gärten gefunden. Die Wurzel ist dünne, weißlich und holzigt; die Blätter hängen drey bey einander an schwärzlichen hohlen Stielen. Die vierblättrige unähnliche Blüthe sitzt auf einem fünfspaltigen Kelche; die Frucht ist eine lange sichel-

In hortis invenitur. Radix est tenuis, albicans, lignosa; folia ternata petiolis nigricantibus cavis adhaerent. Corolla tetrapetala irregularis calici quinquefido insistit; fructus est legumen longum falcatum cum seminibus subrotundis vel

förmige

Tab. CLIX.

Faba. Saubohne.



Tab. CLX.

Foenum graecum. Bockshorn.

Tab. CLXI.

Galega. Geißraute.

Tab. CLXII.

Galeopsis. taube Nessel.

förmige Schote mit rundlichen oder eckigten Saamen. Diese haben eine erweichende und schmerzstillende Kraft, und das Oel davon wird zu verschiedenen Pflastern und Salben genommen.

angulosis. Haec emollientem et dolores lenientem vim habent, eorumque oleum in emplastris et unguentis variis adhibetur.

## CLXI.

# GALEGA.

Galega, Ludw. D. G. Ed. III. n. 639. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 770.
Galega vulgaris C. B. Pin. 352.
Ruta capraria, Tabern. Icon.

Geißraute. Franz. Galega. Engl. Goats-Rue. Niederl. Geytenkrugt. Ital. Jalega. Lavanese.

In Gärten und an feuchten Orten, blühet im Sommer. Die Wurzel ist holzigt, Fingers dick, weiß. Die Blätter stehen paarweiß an einer Ribbe mit einem Endblatte. Die vierblättrige unähnliche Blüthe sitzt auf einem kurzen fünfspaltigen Kelche; die Frucht ist eine runde Schote mit nierenförmigen Saamen. Die Blätter haben einen schleimigen, bitterlichen Geschmack, und treiben den Schweiß.

In hortis et locis humidis, aestate floret. Radix est lignosa, digitum crassa, alba. Folia sunt pinnata, costae adhaerentia, extremo impari. Corolla tetrapetala irregularis calici brevi quinquefido insistit; fructus est legumen teres cum seminibus reniformibus. Folia saporem viscidum, amaricantem, et diaphoreticam vim habent.

## CLXII.

# GALEOPSIS.

Lamium, Ludw. D. G. Ed. III. n. 272. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 638.
Lamium album non foetens folio oblongo, C. B. Pin. 231.
Galeopsis Camer. Epit. 865.
Lamium foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis Linn. Sp. Pl. p. 579. n. 1.

Taube Nessel. Franz. Ortie morte. Engl. white Archangel. Niederl. doove Netelen.

Wächst häufig auf den Feldern, und blühet im April und den ganzen Sommer hindurch. Die Wurzel ist holzigt, und treibt einen gegliederten Stengel mit herzförmigen, zugespitzten und gesägten Blättern. Die einblättrige unähnliche Blüthe sitzt auf einem einblättrigen Kelche, in welchem vier dreyeckige Saamen zurück bleiben. Die Blätter dieser Pflanze werden für dienlich gehalten, den weißen Fluß zu hemmen.

Frequens nascitur in aruis, floretque Aprili et per totam aestatem. Radix est lignosa, et caulem protrudit geniculatum cum foliis cordatis, acuminatis, serratis. Corolla monopetala irregularis calici monophyllo insistit, in quo semina quatuor triangularia remanent. Folia huius plantae ad fluorem album sistendum commendantur.

## CLXIII.

# GNAPHALIVM.

Gnaphalium, Ludw. D. G. Ed. III. n. 403. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 850.

Gnaphalium montanum, C. B. Pin. 263.

Gnaphalium caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici terminali, ſarmentis procumbentibus. Linn. Sp. Pl. p. 850. n. 1.

Ruhrkraut, Katzenpfötgen. Franz. Pied de Chat. Engl. Cudweed. Niederl. Ruerkruyt. Ital. Gnaphalio.

Auf bergichten ſandichten Orten, blüht im Junio und Julio. Die Wurzel iſt holzigt und zaſerigt; die Blätter ſind länglich, ſchmal, wollig, aſchgrau; die zuſammengeſetzten röhrigen fünfſpaltigen Blümchen ſitzen auf einem ſchuppichten Kelche; auf dem bloßen Grunde bleiben längliche Federſaamen zurück. Die Blumen haben eine trocknende und zuſammenziehende Kraft, und werden wider die rothe Ruhr und Blutflüſſe gebraucht.

In locis montoſis arenoſis, Iunio et Iulio floret. Radix eſt lignoſa, fibris praedita; folia ſunt oblonga, anguſta, villoſa, cinerea; floſculi compoſiti tubuloſi quinquefidi calici imbricato inſiſtunt; in thalamo nudo ſemina oblonga pappoſa remanent. Flores vim exſiccantem et adſtrictoriam habent, et contra dyſenteriam et haemorrhagias uſurpantur.

## CLXIV.

# LEVISTICVM.

Liguſticum Ludw. D. G. Ed. III. n. 865. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 308.

Liguſticum vulgare, C. B. Pin. 157.

Liguſticum foliis multiplicibus, foliolis ſuperne inciſis, Linn. Sp. Pl. p. 250. n. 1.

Liebſtöckel. Franz. Liveſche. Engl. Louage. Niederl. Lubſtock. Ital. Leviſtico.

Wird in Gärten gefunden, und blühet im Junio und Julio. Die Wurzel iſt dick, äſtig, auswendig braun, inwendig gelblich, harzigt. Die Blätter ſind vielſpaltig und oben gezäckt; die Blumen ſind fünfblätterig ſchirmförmig, und haben einen allgemeinen beſondern Umſchlag; die Saamen ſind länglich und geſtreift. Die ganze Pflanze hat einen ſtarken aromatiſchen Geruch, und treibt den Urin und die Monathszeit; ſie ſtärkt auch die

In hortis invenitur, Iunio Iulioque floret. Radix eſt craſſa, ramoſa, extus fuſca, intus flaneſcens, reſinoſa. Folia ſunt multifida et ſuperne crenata; flores ſunt pentapetali vmbellati, et involucrum univerſale et partiale habent; ſemina ſunt oblonga, ſtriata. Tota planta odore acri aromatico praedita eſt, et urinam fluxumque menſtruum pellit; nervos quoque reficit, et ventriculum roborat. Radix, folia et ſemi-

Nerven



Tab. CLXIII.

Gnaphalium. Ruhrkraut.

Tab. CLXIV.

Leuisticum. Liebstöckel.

Tab. CLXV.

Napus fatiua. Streckrübe.

Tab. CLXVI.

Nasturtium hortense. Gartenkresse.

Nerven und den Magen. Man braucht die Wurzel, Blätter und Saamen. In den Apotheken wird ein Wasser, ein Oel und eine Essenz bereitet.

na in usum vocantur. In officinis paratur aqua, oleum et essentia.

## CLXV.

# NAPVS SYLVESTRIS.

Brassica, Ludw. D. G. Ed. III. n. 531. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 734

Napus, Matth. 348.

Napus Sylvestris, C. B. Pin. 95.

Brassica radice caulescente fusiformi, Linn. Sp. Pl. p. 666. n. 3.

Rübsen. Franz. Navet sauvage. Engl. Navew-Sauvage. Niederl. Steek-raapen. Ital. Napo.

Wird in Feldern gesäet, und blühet im Sommer. Die Wurzel ist Fingers dick; die Blätter sind lang, und umfassen den Stengel. Auf dem vierblättrigen Kelche sitzt eine vierblättrige ähnliche Blüthe; die Frucht ist eine lange cylindrische Schote mit rundlichen Saamen. Diese haben einen bittern, scharfen Geschmack und eine trocknende, erwärmende Kraft. Man bereitet ein ausgepreßtes Oel daraus, welches zu verschiedenen Gebrauche dienet.

In agris seritur, et aestate floret. Radix est digitum crassa; folia sunt oblonga amplexicaulia. Calici tetraphyllo insistit corolla tetrapetala regularis; fructus est siliqua longa cylindracea cum seminibus subrotundis. Haec saporem amarum, acrem et vim siccantem, calefacientem habent. Paratur inde oleum pressum, vario usui inserviens.

## CLXVI.

# NASTVRTIVM HORTENSE.

Nasturtium, Ludw. D. G. Ed. III. n. 547. Lepidium, Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 718.

Nasturtium hortense vulgatum, C. B. Pin. 103.

Lepidium floribus tetradynamis, foliis oblongis multifidis, Linn. Sp. Pl. p. 644. n. 6.

Gartenkresse. Franz. Cresson des jardins. Engl. Garden-Cress. Niederl. Tuin Kersse. Ital. Nasturtio.

In Gärten, blühet im Sommer. Die Wurzel ist zaserig und weiß; die Blätter sind vielspaltig; die vierblättrige ähnliche Blüthe wird von einem vierblättrigen Kelche umgeben; die Frucht ist

In hortis, aestate floret. Folia sunt multifida; corolla tetrapetala regularis calice tetraphyllo cingitur; fructus est silicula apice non nihil incisa. Folia et semina sanguinem purificant,

eine kleine Schote mit einer etwas eingeschnittenen Spitze. Die Blätter und Saamen reinigen das Geblüt, und treiben den Urin und die Monathszeit: vornehmlich aber werden sie wider den Scharbock gerühmt. In den Apotheken wird davon ein Wasser bereitet.

urinam et menstrua cient: inprimis autem contra scorbutum commendantur. In officinis aqua paratur.

## CLXVII.

# NICOTIANA.

Nicotiana, Ludw. D. G. Ed. III. n. 91. Linn. Gen. Pl. Ed. V. n. 220.

Nicotiana maior latifolia, C. B. Pin. 169.

Nicotiana foliis lanceolatis, Linn. Sp. Pl. p. 180. n. 1.

Taback. Franz. Nicotiane. Engl. Tobacco. Niederl. Taback. Ital. Tabacco.

